Cod. f. 180 b. μεναι, οὐδέ τις | θανάτου τρόπος αὐτῶν ἐκυρίευσε. Διὸ καὶ μακάριοι δικαίως παρά τε θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἐκρίθησαν, ὅτι τῆς φανησομένης ἀῤῥήτου καὶ περιφανοῦς δόξης κατὰ τὴν χάριν τοῦ μεγάλου δώρου θεοῦ ἐμφανεῖς εἰκόνας ἑαυτοὺς κατέστησαν, ἵνα χαίροντες ὡς γνωρίμοις τοῖς λόγοις τῶν ἀρετῶν, μᾶλλον δὲ θεῷ, ὑπὲρ οὗ καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντες διεκαρτέρησαν, ἑνωθῶσιν, ἐν ᾧ πάντων οἱ λόγοι τῶν ἀγαθῶν, ὥςπερ πηγῇ ἀειβλύστῳ, προϋφεστήκασί τε κατὰ μίαν, ἁπλῆν καὶ ἑνιαίαν τῶν πάντων περιοχὴν, καὶ πρὸς ὃν ἕλκουσι πάντας τοὺς καλῶς καὶ κατὰ φύσιν ταῖς ἐπὶ τούτῳ δοθείσαις χρωμένους δυνάμεσι.

et terrenus homo exprimitur), vexatum vero illum a mala dominatione adseruerit, dum naturalem ei moderationem gratia sua reddit, per quam novus et ad dei imaginem creatus homo designatur. Sic igitur omnes sancti hanc divinam et non fallacem rationem rite aggressi hoc seculum transiverunt, in nulla earum quas habet voluptatum vestigium animae imprimentes. In summas enim earum quas homini assequi licet de deo rationes, bonitatis inquam et caritatis, oculos rectissime figentes, quibus deum commotum eis quae sunt existentiam eamque bonam gratia sua largiri didicerunt (si quidem moveri deum qui solus inmobilis est dicere fas est, et non potius velle, cuius voluntate omnia et moventur et in existentiam ducuntur, inque ea continentur, dum ipsa nimirum non ullo unquam modo movetur), his etiam ipsi sapienter sese reformarunt, invisibilis ac nos latentis pulchritudinis divinae magnificentiae proprietatem quae per virtutes se manifestat feliciter aemulatam ferentes. Ideoque boni et dei amantes et benevoli erga homines, et misericordes facti sunt, unamque ad universum genus affectionem caritatis habere visi sunt; a qua omnium virtutum exquisitissimum genus, humilitatem dico, quae bona servat, inimica perimit, per totam suam vitam firmiter tuentes, molestarum temptationum nulli omnino succubuerunt, tam voluntariarum quaeque nostrae sunt rationis, quam involuntariarum quaeque non nostrae sunt, dum harum eruptiones continentia reprimimus, illarum contra impetus fortitudine excutimus. Utrinque enim petiti, a gloria et ab ignobilitate, inconcussi perseveraverunt, et immobiles contra utramque steterunt, neque iniuriis vulnerati, propter voluntariam submissionem, neque gloriam admittentes, propter exsuperantem paupertatis familiaritatem, unde nec indignatio, nec livor, nec dissensio, nec hypocrisis, nec dolus, nec cavillatorius et subdolus qui specioso figmento fraudulenter ad aliud pelliciat amor, quae omnium passionum exitiosissima est, nec concupiscentia earum rerum quae lautissimae videntur in vita esse, nec aliud quicquam de iniquo passionum grege, neque minae ab inimicis intentatae, neque ullum mortis genus eos devicit. Ideo etiam beati tam apud deum quam apud homines merito sunt iudicati, quod appariturae ineffabilis et splendidissimae gloriae per gratiam magni doni dei manifestas imagines sese effecerunt, ut gaudentes tanquam notis et familiaribus virtutum rationibus, vel potius deo, pro quo etiam quotidie mori perseverassent, unirentur, in quo omnium bonorum rationes, tanquam in fonte perenni, praeextiterunt per unam, simplicem et singularem rerum universarum complexionem, et ad quem omnes attrahunt quicunque bene et secundum naturam facultatibus ad hoc datis utuntur.

Greg. Naz. Or. in laudem S. Athanasii cap. 18., p. 397. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ μβ' λόγου τοῦ Θεολόγου περὶ ὧν ἐμνήσθη τοῦ μακαρίου Ἰὼβ, εἰς τὸ, Τὰ δὲ ἑξῆς μικρὰ, καὶ μικρῶν ἕνεκεν οἰκονομηθέντα.

Τῇ γενομένῃ παρὰ τοῦ θεοῦ τῷ Ἰὼβ ἀναῤῥήσει, ὡς οἶμαι, συγκρίνων τὰ μετὰ τοὺς ἀγῶνας τῶν πειρασμῶν δοθέντα σωματικὰ μικρὰ προςηγόρευσεν, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον τοῖς αἰωνίοις δυνάμενα παραβάλλεσθαι. Μικρῶν δὲ ἕνεκεν οἰκονομηθέντα φησὶ, τῶν περὶ διάνοιαν γνωστικὴν δηλονότι μικρῶν, τῶν εὐχερῶς ἐν τοῖς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως λόγοις σκανδαλιζομένων, καὶ περὶ αὐτὴν τὴν εὐσέβειαν σαλευομένων. Περὶ ὧν οἶμαι τὸν κύριον ἐν τοῖς εὐαγ-
Marc. 9, 42. γελίοις φάναι, Ὁ σκανδαλίζων ἕνα τῶν μικρῶν τούτων· οἳ ὅταν ἴδωσι δίκαιον ἀσθενοῦντα, ἢ πτωχεύοντα, ἢ ἄλλως κακουχούμενον (καὶ σχεδὸν οἵγε ἀσθενέστεροι ἄδειαν τοῦ παντὸς κατακρίνουσι, πόσῳ μᾶλλον ἐν τῇ ἀθρόᾳ μεταβολῇ τοῦ Ἰὼβ, ὡμολογημένως δικαίου πᾶσιν ὑπειλημμένου;) εἶχον τοῦτο παθεῖν, εἰ μὴ πρὸς τὸ ἀρχαῖον αὐτῷ σωματικῶς κατὰ τὸ διπλάσιον ἐπανῆλθε τὸ περιφανὲς καὶ ἐπίδοξον. |
Cod. f. 181 a. Περὶ τούτων οὖν εἴρηται τῷ διδασκάλῳ, Μικρῶν ἕνεκεν οἰκονομηθέντα.

Idem ibid. cap. 31., p. 406. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Καθαίρει μὲν τὸ ἱερὸν τῶν θεοκαπήλων καὶ χριστεμπόρων, πλὴν ὅσον οὐ φραγελλίῳ πλεκτῷ, λόγῳ δὲ πιθανῷ τοῦτο ἐργάζεται.

Οὔτε στυπτικώτερον ἐν τούτοις, ὥς τινες ὑπειλήφασι, τοῦ μακαρίου πατρὸς Ἀθανασίου τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν ἀποδείκνυσιν ὁ ἀοίδιμος οὗτος διδάσκαλος, μὴ γένοιτο, οὔτε μὴν καταχαρίζεται τῷ ἁγίῳ Ἀθανασίῳ τῷ τὸν μὲν φραγελλίῳ, τὸν δὲ λόγῳ χρησάμενον, καθαίρειν τὸ ἱερὸν τῶν θεοκαπήλων εἰπεῖν. Ὡς ἀνάγκην ἐκ τούτων εἶναι, κατὰ τοὺς λέγοντας, δυοῖν θάτερον ὑποληφθῆναι, ἢ τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν τὴν προςηνεστέραν ἠγνοηκέναι μέθοδον τῆς ἰατρείας, ἢ τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον μὴ γινώσκοντα τῆς πνευματικῆς ἐπιμελείας τοὺς τρόπους φιλανθρωπίαν ἄκαιρον μετιέναι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ διαγνωστικὸς λόγος ὧν πεπράχαμεν ἐν ἡμῖν ἀνακινούμενος, οἷον ἱερῷ τινι ἐμψύχῳ τε καὶ ζῶντι, ἀναλογοῦσαν τοῖς πλημμεληθεῖσι μεταμέλειαν ἐργάζεται, δι' ἧς Χριστὸς ὁ θεὸς καὶ λόγος ἀεὶ τύπτει ἡμᾶς ἁμαρτάνοντας, πλεκτὸν ὥσπερ ἔχων φραγέλλιον, αὐτὴν ἡμῶν τὴν ἐξ ἀτόπων ἐννοιῶν συμπεπλεγμένην καὶ ἔργων συνείδησιν, ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος ἠπίως τοὺς πταίοντας ἐνῆγε πρὸς διόρθωσιν, ὡς καὶ αὐτὸς ἀσθενείας σάρκα περικείμενος, τούτου χάριν τῷ τρόπῳ τούτῳ τῷ λόγῳ χρῆσθαι τὸν θεόφρονα τοῦτον οἶμαι διδάσκαλον.

Ex quadragesimo secundo Theologi sermone de iis quae de beato Iobo commemoravit in illud, ‚Quae autem deinde secuta sunt, parva, et parvorum gratia constituta.‘

Dei in Iobum pronuntiato, ut puto, temporalia ea quae post certamina temptationum concessa sunt comparans parva appellavit, quae nimirum nullo modo cum aeternis conferri possent. ‚Parvorum gratia constituta‘ autem dicit parvorum videlicet circa gnosticum mentis statum, qui facile in providentia et iudicio considerandis offenduntur, et circa ipsam pietatem fluctuant. De quibus dominum in evangeliis dixisse arbitror, ‚Qui offendit unum ex parvulis his.‘ Qui quotienscunque iustum vident infirmum vel pauperem, vel alio modo laborantem (atque hi infirmiores plenam fere peccatorum omnium impunitatem statuunt, quanto magis in multiplice Iobi vicissitudine, qui ex confesso ab omnibus est iustus aestimatus?) id pati possint, si non ad pristinum statum rediit ei conduplicatus splendor et fama. De his igitur magister dixit, ‚Parvorum gratia constituta.‘

Ex eodem sermone in illud, ‚Purgat templum sacrilegis et dei et Christi nundinatoribus, nisi quod non flagello contorto, sed sermone ad persuadendum accommodato hoc facit.‘

Neque acerbiorem in his, ut quidam existimaverunt, beato patre Athanasio dominum nostrum et deum clarissimus hic magister ostendit, absit, neque profecto sancto Athanasio gratificatur, dum illum flagello, hunc sermone usum esse in templo a sacrilegis nundinatoribus purgando dicit: ut hinc necesse sit, secundum proverbium, ut ex duobus alterutrum statuamus, aut ut dominus noster et deus mitiorem medicinae viam ignoraverit, aut ut sanctus Athanasius modorum spiritualis curae ignarus, intempestivae humanitati indulserit. Sed cum ratio eorum quae egimus iudex in nobis commota, tanquam in vivo aliquo templo et animato, paenitentiam delictis parem exerceat, per quam Christus deus et sermo semper nos caedit peccantes, veluti torto flagello usus, ipsâ videlicet conscientia, ex prave ac perperam cogitatis et facinoribus contorta, sanctus vero Athanasius leniter ad emendationem deducebat peccantes, quippe qui ipse infirmitatis carne indutus esset, propterea divinum hunc doctorem tropice et per figuram haec verba arbitror usurpasse.

Greg. Naz. Or. Theologica I. adv. Eunomianos cap. 1., p. 487. tom I. Opp. edit. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ σχεδιασθέντος πρὸς Εὐνομιανους λόγου, εἰς τὸ, Εἰσὶ γὰρ, εἰσί τινες οἱ τὴν ἀκοὴν κνηθόμενοι καὶ τὴν γλῶτταν.

Φασὶν οἱ περὶ λόγους ἐσχολακότες καὶ τὰς αὐτῶν ἀκριβεῖς σημασίας γινώσκειν, κλέος οὐ τὸ τυχὸν ποιησάμενοι, καὶ ἑκάστῳ πράγματι φωνὴν πρόσφορον δεῖν ἀπονέμεσθαι, Cod. f. 181 b. *παραστατικὴν τῆς πρὸς ὁτιοῦν | ἄλλου του σημαινομένου, καθ' ὅντινα τρόπον τύχοι λεγόμενον, ἀμιγοῦς ἰδιότητος, καλῶς ἔχειν ἀποφηνάμενοι, κνηθομένους δὲ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶσσαν εἶναι τοὺς καινότερόν τι μανθάνειν ἢ λέγειν ἐθέλοντας, καὶ ἀεὶ ταῖς καινοτομίαις χαίροντας, καὶ ὅρια μετατιθεμένους, γραφικῶς εἰπεῖν, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες αὐτῶν, καὶ τοῖς προσφάτοις καὶ ξένοις ἡδομένους, καὶ τῶν συνήθων καὶ πάλαι γνωρίμων καὶ ὡσαύτως ἐχόντων ὡς ἑώλων καὶ πεπατημένων καὶ μηδενὸς ἀξίων, κατεξανισταμένους, καὶ μᾶλλον τὰ νεαρώτερα προσδεχομένους ἀσπασίως, κἂν ψευδῆ τύχοιεν ὄντα, καὶ μηδεμίαν εἰς ψυχὴν διαβαίνουσαν ὠφέλειαν ἔχοντα. Ὑπὲρ ἧς μάλιστα πᾶς εὐσεβὴς λόγος καὶ πόνος σωτήριος ᾄδεταί τε καὶ γράφεται καὶ ἐπιτηδεύεται, ὁ μὲν κατὰ τῆς ἀγνωσίας, ὁ δὲ κατὰ τῆς ἡδονῆς ὁπλιζόμενος, ὁ μὲν ἵνα τῆς ἀγνοίας ἐκτεμὼν τὰ πηρώματα τῆς ψυχῆς οἰκειώσῃ θεῷ διὰ γνώσεως τὴν ἀλήθειαν ἔχοντας, τοὺς διὰ τοῦτο τοῖς μαθήμασι χαίροντας, καὶ τῶν ὁρωμένων τε καὶ νοουμένων ὑπεράνω τὸν νοῦν παραπέμψας θέλξῃ τῷ ἀῤῥήτῳ τῆς θείας καλλονῆς ἔρωτι, καὶ προσηλώσῃ τῷ πόθῳ μηδαμοῦ φέρεσθαι δυνάμενον, μᾶλλον δὲ δυνηθῆναι μὴ ἀνεχόμενον· ὁ δὲ ἵνα τῆς καθ' ἡδονὴν σχέσεως τοὺς ἥλους ἐκκρούσηται οἷς ὁ περὶ θεὸν τῆς ψυχῆς πόθος τε καὶ τόνος ἐκ τῆς ἀρχαίας παρακοῆς πρὸς τὴν ὕλην ἐνεπάγη καὶ τὰ φθειρόμενα, καὶ ἀπαλλάξῃ κακίας τοὺς [1] ἐνεσχημένους, καὶ ἀρετῆς ποιήσειε φοιτητὰς γνησίους, καὶ ἄσειστον πρὸς πάντα τὰ κωλύειν δοκοῦντα τῆς ψυχῆς τὴν πρὸς τὸ καλὸν οἰκείωσιν ἀπεργάσηται, διδάξας* Cod. f. 182 a. *πρὸς μὲν ἀποστροφὴν ἡδονῆς, | διὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀτόπων ἀπατηλῶς σαινούσης καὶ μαλασσούσης τὸ στεῤῥὸν τῆς γνώμης, καὶ πειθούσης προαιρεῖσθαι τὰ παρόντα τῶν μελλόντων, καὶ τὰ ὁρώμενα τῶν νοουμένων, ἐγκράτειαν, πρὸς δὲ φόβου καὶ δειλίας ἀπόθεσιν, [2] δι' αὐτῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τὰ ἀνήκεστα καὶ ἀνθρωπίνης εἶναι δοκοῦντα κρείττονα δυνάμεως ὑποτιθεμένων, καὶ βίᾳ κρατεῖν διὰ τῆς τῶν φοβερῶν ἐπαγωγῆς τοῦ σώφρονος λογισμοῦ μηχανωμένων, ὑπομονὴν καὶ τὴν ἐκ τούτων συμπληρουμένην ἀνδρείαν, τὴν πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν τῶν ἐφ' ἡμῖν καὶ ὀδύνην τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀνένδοτον καὶ ἀήττητον ἕξιν. Κνηθομένους δὲ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶσσαν ἐκάλεσεν ὁ διδάσκαλος τοὺς περὶ ὧν ὁ λόγος, ἐπειδὴ πᾶς λόγος*

---

1. *ἐνισχημένους* cod. Gud.

Eiusdem ex sermone extemporali ad Eunomianos, in illud, ‚Sunt enim, sunt quibus auditus et lingua pruriunt.‘

Qui circa vocabula exercuerunt studia, nec vulgarem sibi inde gloriam pepererunt, et accuratos eorum significatus pernoscendos et rei suum cuique et conveniens vocabulum attribuendum esse statuunt, quod proprietatem contra quodvis alienae significationis, quoquo modo dictum sit, puram et intaminatam tueatur, hi bene illud se habere et ‚prurientes auditu et lingua‘ esse qui novi aliquid audire vel dicere cupiant, quique semper novis rebus moliendis gaudeant, et terminos, ut expresse dicam, transponant quos patres sui collocaverunt, quique recentibus et inusitatis delectentur contraque ea quae vulgaris usus sunt et pridem cognita et non novata velut contra obsoleta et trita et vilia insurgant, adeo ut recentiora, vel si mendacia sint, neque ulla inde in animam utilitas redundet, tamen lubenter recipiant. Animae praesertim commodo omnis pius et sermo et labor salutaris praedicatur, conscribitur, adcuratur; quorum alter contra ignorantiam, alter contra voluptatem armatur, alter ut infirmis et mutilis animae partibus excisis eos qui per cognitionem veritatem habent ideoque in disciplinis versari gaudent, deo conciliet, mentemque sursum supra ea quae videntur et intelleguntur emissam ineffabili divinae pulchritudinis amore demulceat, atque ita adfigat ut nullo usquam desiderio stimulari possit, sive potius posse non sustineat: alter ut voluptatis habitus clavos excutiat quibus animae circa deum desiderium et intentio de vetere inobedientiae delicto ad materiam et ea quae interitui subiacent adplicata sunt, et improbitate indutos liberet, et virtutis veros faciat cultores, et immobiles nos et inconcussos stare faciat contra omnia quae animae cum honesto et pulchro familiaritatem ineundam prohibere videantur, ad declinandam quidem voluptatem, quae per absurditates nostras fraudulenter consilii duritatem adulatur et mollit, et praesentia futuris, quaeque videntur eis quae cogitatione percipiuntur praeferre suadet, instruens continentiâ, ad deponendum vero timorem atque metum, qui ipsi gravissima quaeque non in nostra manu sed humanam potestatem videri superare persuadent violenterque per terrorum invasionem rationis consiliique sobrietatem opprimere conantur, instruens constantia et fortitudine inde consummata, habitu ad quamlibet eorum quae in nobis sunt voluptatem, et quamlibet eorum quae extra nos sunt dolorem inperterrito et invicto. ‚Prurientes autem auditu et lingua‘ magister

---

2. διὰ τῶν cod. Gud.

διὰ γλώσσης καλεῖσθαί τε καὶ προφέρεσθαι καὶ δι' ἀκοῆς ἀκούεσθαί τε καὶ μανθάνεσθαι πέφυκεν. Εἰ δὲ καὶ κατ' ἄλλην ἐπιβολὴν ἐκδέχεσθαι θελήσομεν τὸ λεγόμενον, Κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶσσαν, τυχὸν οἱ μόνον πρὸς ψόγον καὶ τῆς κατ' ἄλλων διαβολῆς ἢ λοιδορίας ἀκούειν τε καὶ καλεῖν προθυμούμενοι, καὶ τὸ κατὰ παντὸς ἀμαθῶς ἐπαίρεσθαι λόγου τε καὶ ἀνδρὸς σεμνολόγημα κρίνοντες, καὶ πρὸ τοῦ τι φάναι τὸν ὕποπτον αὐτοῖς καὶ φθονούμενον σφαδάζοντες τῷ πνεύματι καὶ οἷον τὴν ψυχὴν προωθοῦντες καὶ τὴν ἀκοὴν ἑτοιμάζοντες καὶ τὴν γλῶσσαν πρὸς θήραν τινὸς συλλαβῆς ἢ λέξεως, οὐχ ἵνα εὐθύμωσιν, ἀλλ' ἵνα κακίσωσι καὶ ὕλην ἔχωσι τῆς κατ' αὐτοῦ γλωσσαλγίας. Ὅπερ ἐποιοῦντο τῷ ἁγίῳ τούτῳ ἀνδρὶ οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, προπηδῶντες καὶ προεξανιστάμενοι, καὶ πρὶν λεχθῆναι, τῶν λεγομένων· καθάπερ τῶν ἵππων τοὺς πολεμιστηρίους τε καὶ |
Cod. f. 182 b. ἁμιλλητηρίους, οἳ καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων καὶ τῆς σάλπιγγος εὐθυτενῆ τὰ ὦτα ποιοῦσι, καὶ τοὺς πόδας τῇ γῇ προσαράσσουσι, καὶ προσκνήθονται ταύτην ταῖς ὁπλαῖς, καὶ πρὸς δρόμον ἑαυτοὺς διεγείρουσι, καὶ τὴν ὠθοῦσαν πολλάκις προλαμβάνοντες μάστιγα· πλὴν ὅτι τῶν ἵππων οὐδεὶς ἅπτεται ψόγος ὑπὸ τῆς φυσικῆς ἀλογίας, μὴ ἀναμενόντων τοὺς εὐθέτους τῶν ἀγώνων καιροὺς, οὓς διασημαίνει ἥ τε φωνὴ τῆς σάλπιγγος καὶ ἡ τῆς μάστιγος πληγὴ, τοῖς δὲ τοιούτοις ἀνδράσιν οὐδείς ἐστιν ὁ πρὸς ἀξίαν τῆς αὐτῶν κακίας ἐπινοηθῆναι δυνάμενος ψόγος. Ἔργον ἔχουσι καὶ σπούδασμα τὴν μελέτην τοῦ ψεύδους, καὶ τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ἔνστασιν. Εἰκότως οἱ τοιοῦτοι κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν γλῶτταν λεγέσθωσαν, διότι καθάπερ τις χυμὸς δριμύτατός τε καὶ παχύτατος, τῷ βάθει τοῦ σώματος ἐμφωλεύων, πολλάκις διὰ τοῦ κνήθεσθαι πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἐρεθιζόμενος ἐκδίδοται, οὕτως καὶ τοὺς ἐπηρεαστὰς τῶν καλῶς λεγομένων ἐρεθίζει λαβομένους ἀφορμῆς μάλιστα δημοσιεύειν τὴν κατὰ ψυχὴν κακουργίαν ἡ κεκρυμμένη διάθεσις, ἥτις τοσοῦτον τὸ βάθος κατέχειν πέφυκε μᾶλλον, ὅσον κενοῦσθαι τῇ προόδῳ κατὰ τὸ εἰκὸς ἔδοξεν. Οὐ γὰρ ἐξίσταται τοῦ βάθους προφερομένη διὰ τῶν ἔργων ἡ τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων διάθεσις, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκτὸς πάντα μανικῶς ἐπινέμεται, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν οὐδαμῶς ἐξίσταται χώρας.

Idem ibid. cap. 4., p. 490. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ὥςπερ ἄνθος ἐν χειμῶνι παντελῶς ἄωρον, καὶ γυναιξὶ κόσμος ἀνδρεῖος ἢ ἀνδράσι γυναικεῖος, ἢ πένθει γεωμετρία.

Τὴν ἐπὶ παντὸς λόγου τε καὶ πράγματος εὐταξίαν, καθ' ἣν τῆς ἑκάστου καὶ πάντων εὐπρεπείας ὁ λόγος ἀναφαίνεσθαι
Cod. f. 183 a. πέφυκεν | ἀκραιφνὴς, διὰ τῆς τῶν ἀπεμφαινόντων ἀπαριθμήσεως εἰςηγούμενος, ταῦτά φησιν ὁ διδάσκαλος, ἵνα διὰ τούτων

vocavit eos ad quos spectat sermo, siquidem omnis sermo per linguam et appellatur et profertur, atque per auditum auscultatur et ediscitur. Iam si etiam ad alterum quoque propositum excipere volumus illud, ‚Prurientes auditu et lingua' fortasse erunt qui solum ad vituperium aliorum et obtrectationem calumniamque audiendam et proferendam inclinant, et contra quemvis sive sermonem sive hominem imperite et rustice insolescere venustum et lepidum iudicant, ac priusquam is qui sibi ipsis suspectus est, vel cui invident, aliquid dicat, spiritu exultant et veluti animam propellunt auditumque praeparant et linguam ad syllabam aliquam vel locutionem venandam, non quo laetitia et hilaritate animi afficiant, sed ut iniuriam inferant materiamque suae petulantiae habeant. Id quod huic sancto viro accidit illo tempore ab veritatis inimicis, eiusmodi qui prosiliunt, et vel priusquam dicta sint, in verbis ansam et occasionem se incitandi arripere solent; in modum equorum bellatorum celetumque, qui vel ante certamen et tubam aures arrigunt et pedibus terram pulsant et ungulis fodiunt, et ad cursum se incitant et flagellum instigans haud raro antevertunt; nisi quod nullum equos, quia rationis sunt expertes, vituperium tangit, si legitima certaminum tempora non expectant quae tubae sonitu et flagelli ictu significantur, tales contra viri nullo vituperio possunt ad suam nequitiam aestimandam commoveri. Negotium eis et studium est mendacii meditatio et veritatis expugnatio. Quare merito eiusmodi ‚prurientes auditu et lingua' dicantur, propterea quod ut aliqui succus acerbissimus et crassissimus, qui in corporis profundo delitescit, haud raro per pruriginem irritatus in apertum provocatur, ita etiam hos bonorum sermonum obtrectatores occulta quaedam affectio, postquam ansam arripuerunt, ad animae malignitatem in publicum evomendum praecipue irritat, quae affectio tanto profundius sedet quanto processu suo videatur debilitari. Etenim non excedit de profundo per facinora edita improborum hominum affectio, sed etiam externa omnia furore suo depascitur, et suam in anima sedem haudquaquam relinquit.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Quemadmodum flos in hieme plane intempestivus, et mulieribus virilis ornatus vel viris muliebris, aut maerori geometriae studium.

Moderationis in omni sermone omnique negotio, qua uniuscuiusque et universorum decoris ratio integra ac pura manifestatur, per dissimilium enumerationem exemplum proponens haec dicit magister, quibus ut moderati esse et cauti

εὐτάκτους εἶναι καὶ εὐλαβεῖς τοὺς θρασεῖς καὶ ἀτάκτους καὶ μηδεμίαν τάξιν εἰδότας, οὐδενὸς μὲν, μάλιστα δὲ τῆς περὶ θεοῦ διαλέξεως, ἀλλὰ πάντα τολμηρῶς ἀλλήλοις παμμιγῶς τὰ διεστῶτα φύροντάς τε καὶ συγχέοντας διδάξειεν. Εἰ γὰρ τῶν οὐκ ἐχόντων φύσιν ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τάξιν, τό τε ἄνθος ἐν χειμῶνι ὁρώμενον, καὶ γυναιξὶ κόσμος ἀνδρεῖος ἐπιβεβλημένος, καὶ ἀνδράσι γυναικεῖος, καὶ πένθει συνημμένην γεωμετρίαν λέγειν (τὸ μὲν γὰρ καινοτομεῖ τὸν χρόνον καὶ τῆς ἰδίας ἐξίσταται θέσεως, ὁ δὲ παραχαράττει τὴν φύσιν ἐναλλὰξ, ἀνδρί τε καὶ γυναικὶ ἐπιφαινόμενος, καὶ τὴν αὐτοῖς προσοῦσαν ἐκ φύσεως τάξιν ἐξίστησιν, ἡ δὲ τὰ μηδέπω συνυπάρχειν ἀλλήλοις δυνάμενα, χαράν τέ φημι καὶ πένθος, εἰς ἓν ἀγαγεῖν βιαζομένη φύρει πάντως καὶ ἀφανίζει), οὐ πολλῷ μᾶλλον ὁ περὶ θεοῦ λόγος, ὡς ἔτυχε καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος, καὶ ἡνίκα καὶ οὗ μὴ καθῆκον ἔτι προφερόμενος, ἀειδὴς ἔσται καὶ ἀπρεπὴς, καὶ οὐδ᾽ ὅλως ἀκουσθῆναι περὶ θεοῦ ἄξιος, ἐφ᾽ οὗ μᾶλλον τοσοῦτον τιθέναι δεῖν οἶμαι τὸ εὔκαιρον τοὺς νοῦν ἔχοντας, ὅσον πάντων ἀσυγκρίτως προβεβλημένων, πένθει δὲ γεωμετρίαν ἀνάρμοστόν φησιν ὁ διδάσκαλος. Ὁ δὲ μᾶλλον ἀπορεῖν ὑμᾶς πεποίηκεν, ὡς οἶμαι, κατὰ τοιούσδε τρόπους, ἢ ὅτι περ οἱ χώρας τινὸς διὰ στρατιωτικῆς κρατήσαντες χειρὸς γεωμετρίᾳ ταύτην καταδιαιροῦνται, ἡνίκα βασιλείας νόμῳ κρατεῖν | ἐθέλωσι, χαρᾶς δὲ καὶ χρῆμα μέγιστον, χαρᾶς, τοῖς μόνα τὰ παρόντα μεταδιώκουσιν ἀγαθὰ, καὶ τὸ νικητὰς αὐτοὺς γενέσθαι, καὶ πλοῦτον ἀθρόον κτήσασθαι, οἷς τὸ οἱονοῦν πένθος συνεῖναι ἀμήχανον· ἢ ἐπειδή φασιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ τοὺς ἀναγκαστικοὺς ἰδίως συλλογισμοὺς ἀνῆφθαι τῇ γεωμετρίᾳ, φορτικός τις εἰκότως ὀφθήσεται, καὶ τὸ καθῆκον μὴ συνορῶν, τὸν πενθοῦντα συλλογιζόμενος καὶ ἀλόγως αὐτὸν πενθοῦντα δεῖξαι πειρώμενος· ἢ τυχὸν καὶ αὐτῷ τῷ πενθοῦντι φαίη τις ἀνάρμοστον εἶναι τὸ συλλογίζεσθαι, πιθανότητι λόγων ἑαυτὸν μηχανώμενος πείθειν ὡς οὐ πέπονθε τὴν ἔργῳ καὶ πράγματι συμβᾶσαν αὐτῷ συμφορὰν, ἢ καὶ αὐτῷ τῷ πένθει, ἤτοι τῇ τούτου φύσει, παντελῶς ἐναντίον. Ἐκκρούεται γὰρ ὥσπερ τὸ πένθος ὁ πενθῶν συλλογιζόμενος, οὕτω καὶ τὸ πένθος τοῦ εἶναι πένθος ἐκπίπτει, πρὸς συλλογισμὸν μετατιθέμενος. Ἀποβαλὼν γάρ τις τὸν εἰς ὃν τὰς ἐλπίδας εἶχε τῆς διαδοχῆς, περιττὰ λοιπὸν ἡγεῖται τὰ τῇδε πάντα. Καὶ κατὰ τοῦτον ἴσως τὸν τρόπον οὐκ ἔξω λόγου φαίη τις εἶναι τὰ θεωρηθέντα, γνοὺς μὴ δύνασθαι συμβαίνειν ἀλλήλοις κατὰ τὸ αὐτὸ τὴν χαρὰν καὶ τὸ πένθος, τῆς ἑκατέρου ποιητικῆς αἰτίας οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν ἀρχῶν ἐχούσης δηλονότι τὰς ἀφορμάς. Καὶ τούτων μάρτυς ἐχέγγυος ὁ ἅγιος καὶ θεόφρων Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, οὑτωσὶ διεξιὼν περὶ τῆς ἀγγελικῆς εἰκονογραφίας· Τὰ δὲ γεωμετρικὰ καὶ τεκτονικὰ σκεύη, τὸ θεμελιωτικὸν καὶ οἰκοδομικὸν καὶ τελειωτικὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς ἀνα-

Cod. f. 183 b.

Dionys. Areopag. de Caelesti Hierarchia cap. 15., p. 131. tom. I. Opp. ed. Venet.

velint protervi et immoderati nulliusque modi gnari, nullius quidem rei, sed inprimis disputandi de deo modi, verum audacter cuncta discrepantia inter se temere commiscentes atque confundentes instruat. Etenim si praeter naturam est legitimumque rerum ordinem flos in hieme spectatus, ac mulieribus ornatus virilis indutus aut viris muliebris, et maerori aptam geometriam dicere (ille enim tempus novat suamque positionem et ordinem destituit, alter vero invicem in viro et muliere apparens naturam adulterat et modum ex natura eis convenientem ac proprium tollit, tertia dum quae coexistere nequeunt, gaudium inquam et maerorem, in unum cogere temptat, inquinat ea prorsus et perimit), nonne multo potius sermo de deo temere et a quolibet fusus et quo haud decet tempore et loco insuper prolatus, informis et inconveniens erit, et nequaquam dignus qui audiatur, cum, ut ego sentio, tanto potius necesse sit idoneum de deo disserendi tempus deligant prudentes, quanto in rebus plane discrepantibus nullumque commercium inter se habentibus, quas commemoravit magister, geometriam a maerore dissidere ait. Hic autem magis haesitare, uti videtur, vos fecit hisce modis: vel, quod qui militari manu regionem aliquam occupaverunt, geometriae ope dispertiunt, cum regni lege obtinere voluerint, summi gaudii vero negotium esse, certe gaudii eis qui sola praesentia sequantur bona, et superiores fieri, et divitias spissas comparare, cum quibus commodis qualiscunque maeror iunctus esse non possit: vel, cum qui in hac re periti sunt syllogismos proprie coactivos tribui geometriae dicant, fatuus merito videbitur, et quid deceat parum intellegens, qui ad ipsum maerentem applicato syllogismo inepte eum maerere probare conatus fuerit: vel fortasse etiam ab ipso maerore, id est a natura eius, abhorrere aliquis dixerit, nec convenire ut qui maeret syllogismos colligat ac probabilibus rationibus sibi persuadere temptet casum qui revera acciderit sibi non accidisse. Quomodo enim maeror ex eo expellitur qui dum maeret ratiocinatur et syllogismis operam dat, ita etiam maeror maeror esse desinit, cum ad syllogismum se transfert. Nam si quis eum amisit in quo spem successionis collocaverat, superflua sibi et vana haec terrena omnia habebit. Et hoc fortasse modo haud abhorrere a ratione aliquis dixerit ea quae contemplati sumus, si meminerit non posse unâ contingere gaudium et maerorem, cum utriusque efficiens causa non ex eisdem principiis profecta sit. Cuius rei sponsor et testis nobis est sanctus et divina sapiens Dionysius, Areopagita, qui de angelica descriptione ita edisserit: ‚Geometrica autem atque fabrilia instrumenta fundandi et aedificandi absolvendique facultatem, et quaecunque alia subductricis et deductricis sunt inferiorum providentiae.‘ Quae

Cod. f. 184 a. γωγοῦ καὶ ἐπιστρεπτικῆς ἐστι τῶν δευτέρων | προνοίας. Ταῦτα δὲ πάντα φαιδρὰν ἐνδείκνυται διαγωγὴν, ἥτινι πάντως τὸ πένθος ἐναντίον, καὶ διὰ τοῦτο ἀνάρμοστον. Εἰ δὲ καὶ ἄλλως ἔστιν ἐκλαβεῖν τὸν τόπον, οὐκ ἄκαιρον εἶναι νομίζω, καὶ τὸ
Sir. 22, 6. τοῦ Σιρὰχ Ἰησοῦ προςθεῖναι τοῖς εἰρημένοις. Ἔστι δὲ τοῦτο· Μουσικὰ ἐν πένθει, ἄκαιρος διήγησις. Ὡς οὖν τῆς μουσικῆς πάσας περιεχούσης τὰς παιδεύσεις, ὧν μίαν φασὶ τὴν γεωμετρίαν οἱ περὶ ταῦτα τὴν σπουδὴν ἐσχηκότες, τούτου χάριν, ὡς οἶμαι, συμφερόμενος τῷ τὴν προῤῥηθεῖσαν ἐκθεμένῳ ῥῆσιν ὁ διδάσκαλος ἀνάρμοστον ἔφη τῷ πένθει τὴν γεωμετρίαν. Εἰ δέ τις φαίη, Τί δήποτε τὰς λοιπὰς παρεὶς παιδεύσεις ταύτην μόνην ὡς ἀνάρμοστον τῷ πένθει παρείληφε, φαμὲν ὅτι ταύτην ἐσκόπησε κατάλληλον εἶναι πάσαις ταῖς προλεχθείσαις ἐπιβολαῖς. Ἔπειτα δὲ καὶ διὰ ταύτης τῆς μίας καὶ αἱ λοιπαὶ συνεκδοχικῶς συμπαρελήφθησαν. Ταῦτα μὲν, κατ' ἐμὲ φάναι, λελέχθω. Εἰ δέ τις τὸ κρεῖττον ἐξεύροι, ὁμολογήσω χάριν τῶν ἠγνοημένων παρ' αὐτοῦ τὴν γνῶσιν λαβών.

Greg. Naz. Or. Theol. II. cap. 6., p. 499. tom. I. Opp. edit. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ μεγάλου Θεολογικοῦ, εἰς τὸ, Τοῦ μὲν γὰρ εἶναι Θεὸν καὶ τῶν πάντων ποιητικήν τε καὶ συνεκτικὴν αἰτίαν καὶ ὄψις διδάσκαλος καὶ ὁ φυσικὸς νόμος, ἡ μὲν τοῖς ὁρωμένοις προςβάλλουσα καὶ πεπηγόσι καλῶς καὶ ὁδεύουσι, καὶ ἀκινήτως, ἵν' οὕτως εἴπω, κινουμένοις τε καὶ φερομένοις, ὁ δὲ διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ τεταγμένων τὸν ἀρχηγὸν τούτων συλλογιζόμενος.

Ὁ τὸ μέγεθος τῶν ὁρωμένων ὡς ἔχει κάλλους καὶ φύσεως, σὺν λόγῳ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐπελθὼν, μὴ συγχωρῶν αὐτῇ παντελῶς καθ' ἑαυτὴν γενομένην ἐνεργεῖν τοῦ ἡνιοχοῦν-
Cod. f. 184 b. τος αὐτὴν λόγου ἐχωρισμένην οὐδὲν, | μηδὲ τὸν λόγον αὐτὸν τῆς τοῦ νοῦ ἁπλότητος ἄφετον, καθ' ὃν τῆς μὲν αἰσθήσεως τά τε εἴδη καὶ τὰ σχήματα διὰ μέσης τῆς κατὰ τὸν λόγον δυνάμεως εἰς λόγους παντοδαποὺς ἄγεσθαι πέφυκε, τῆς δὲ τοῦ λόγου δυνάμεως ἡ κατὰ τὴν διαφορὰν ποικιλία τῶν ἐν τοῖς οὖσι παντοδαπῶν λόγων εἰς ἑνοειδῆ καὶ ἁπλῆν καὶ ἀδιάφορον συνάγεσθαι νόησιν, καθ' ἣν ἡ ἀμερὴς λεγομένη καὶ ἄποσος καὶ ἑνιαία γνῶσις συνέστηκεν, οὗτος ἀληθῶς διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς εὐταξίας τὸν ποιητὴν τούτων καὶ συνοχέα καὶ ἀρχηγὸν, ὡς ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἀνετυπώσατο, καὶ ἔγνω Θεὸν, οὐ κατὰ τὸ τίποτε τὴν οὐσίαν εἶναι καὶ τὴν ὑπόστασιν (τοῦτο γὰρ ἀμήχανον καὶ ἀνεπιχείρητον), ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ μόνον εἶναι μαθών. Καὶ ταῦτα μετὰ πᾶσαν τὴν κατ' αἴσθησιν ἐν σχήματι θέσεώς τε καὶ μορφῆς καὶ τυπώσεως καὶ φαντασίας διάβασιν, καὶ εἰ μή τῳ περιττὸς

omnia hilare monstrant institutum, cui plane adversatur maeror, et dissidet. Sed etiam si aliter locum accipere potes, haud tamen inoportunum esse reor etiam Sirach Iesu eis quae disseruimus apponere dictum. Est autem hoc: ,Musica in luctu est intempestivus sermo.' Cum igitur musica omnes disciplinas circumplectatur, quarum unam esse geometriam dicunt qui in iis rebus studium posuerunt, propterea, ut puto, magister supradictae vocis interpretationi assentiens geometriam a maerore dissidere dixit. Sed si quis dicat, Quid tandem ceteris disciplinis omissis hanc solam tanquam incongruentem cum maerore composuit, respondemus hanc eum apte vidisse posse iungi cum supra propositis. Deinde vero etiam hac una reliquae quoque eâdem sunt comprehensae atque coniunctae. Atque haec me exposuisse sufficiat. Verum si quis melius investigaverit, si eorum quae ignorabam ab eo interpretationem accepero, gratias habebo.

Eiusdem ex magno theologico, in illud, ,Etenim quod deus sit, ac princeps quaedam causa, quae res omnes procrearit atque conservet, tum oculi ipsi, tum lex naturalis docent, illi, dum rebus in aspectum cadentibus aciem affigunt, easque et pulchre fixas et stabiles esse et progredi, atque immote, ut ita dicam, moveri volvique perspiciunt, haec autem dum per res oculis subiectas ac recto ordine collocatas auctorem earum certo quidem ratiocinando assequitur.

Qui eorum quae videntur pulchritudinis, qua ornata sunt, et naturae amplitudinem cum ratione sensualiter aggreditur, haud eam per se creatam efficere quicquam concedet et a moderatrice sui ratione disiunctam, nec ipsam rationem intellectus simplicitate liberam, qua ratione tam sensus species et formae per mediam potestatem rationalem in omnifarias rationes diriguntur, quam rationalis potestatis diversitate varietas omnifariarum eorum quae sunt rationum in uniformem et simplicem et indifferentem intellectionem cogitur, qua individua, ut dicitur, et quantitatis expers et simplex cognitio constat, is revera quantum id homini licet, per visibilia eorumque ordinem factorem ipsorum et conservatorem et principem animo sibi informavit, atque deum agnovit, non quo quid essentia et substantia sint (nam hoc fieri non potest), at de singularitate existentiae eius doctus. Atque haec post omnem sensualis in specie positionis et figurae et formationis et imaginis transitum, et, si cui non nimius esse videbor, extra ipsam quoque plane rerum quae sunt rationum

εἶναι δοκῶ, καὶ αὐτῆς ἔξω παντελῶς τῆς ἐν τοῖς λόγοις τῶν ὄντων διαφορᾶς γενόμενος, καὶ οἷον μεθόριον ἑαυτὸν παρενθεὶς θεοῦ τε καὶ πάντων τῶν μετὰ θεὸν, τὸν μὲν ὡς ὑπερέχοντος καὶ ἀψαύστου δι' ὅλου μένοντος καὶ μηδεμίαν φθάνουσαν αὐτὸν ἔχοντος νόησιν, τῶν δὲ καταλελειμμένων καὶ τῇ περιουσίᾳ τῆς κατὰ νοῦν γνώσεως διαβαθέντων καὶ κατωτέρων ἐννοίας φανέντων τῷ τίποτε εἶναι βεβαίως ὑπὲρ αὐτὰ καὶ ἀληθῶς ἐννοῆσαι, ταῦτά μοι δοκεῖ διὰ τῆς ὄψεως καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν ὁ διδάσκαλος παραινίττεσθαι, ἀλλ' οὐ ταὐτὸν τίθεσθαι, καθώς τινες ᾠήθησαν, τὴν ὄψιν τε καὶ τὸν φυσικὸν νόμον. Ἄμφω γὰρ περὶ τὰ αὐτὰ τὴν ἐνέργειαν ἔχοντα τὴν ἀπ' ἀλλήλων δύναται
Cod. f. 185 a. κατ' ἐπίνοιαν δέχεσθαι διάκρισιν, τῷ τὴν μὲν | ἀλόγως τῇ προςψαύσει τῶν ὁρατῶν μόνον στηρίζεσθαι περαιτέρω βαίνειν οὐκ ἔχουσαν, τὸν δὲ τῷ τε συνημμένῳ λόγῳ ταῦτα πολυπραγμονεῖν καὶ τῷ νῷ καλῶς τε καὶ σοφῶς ὑπερβαίνειν, καθ' ὃ μάλιστα τὴν περὶ τοῦ εἶναι θεὸν ἔννοιάν τε καὶ πίστιν ὁ φυσικὸς διὰ τῆς ὄψεως εἰςαγήοχε νόμος. Ὄψιν οὖν ἐκάλεσε τὴν ἁπλῶς, ἀλλ' οὐ τὴν πῶς, πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῆς αἰσθήσεως προςβολὴν (οὐ γὰρ αἰσθήσεως ἁπλῶς τὸ ἔκ τινος ἕτερόν τι συλλογίζεσθαι καθέστηκεν ἴδιον), νόμον δὲ φυσικὸν τὴν διὰ τῆς αἰσθήσεως γινομένην κατὰ νοῦν καὶ λόγον φυσικὴν ἐνέργειαν, καθ' ἣν ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μετ' ἐμμελοῦς ἐξετάσεως καθ' ὁδὸν ἀπὸ τῶν ἡττόνων ἀνάβασις γίνεται. Ἀκινήτως δὲ κινεῖσθαί τε καὶ φέρεσθαι τὰ ὁρώμενα εἴρηται τῷ διδασκάλῳ τῷ μὲν λόγῳ, ᾧ γέγονε ταῦτα, κατά τε φύσιν καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, τάξιν τε καὶ διαμονὴν ἀμεταστάτως ἔχειν, καὶ μὴ ἐξίστασθαι καθ' ὁτιοῦν τῆς φυσικῆς ἰδιότητος καὶ μεταβάλλειν εἰς ἄλλο καὶ φύρεσθαι, κινεῖσθαι δὲ πάλιν τῷ κατὰ ῥοὴν καὶ ἀποῤῥοὴν λόγῳ, αὐξήσει τε τῇ περὶ τὸ ποσὸν καὶ μειώσει καὶ τῇ περὶ τὸ ποιὸν ἀλλοιώσει, καὶ κυρίως εἰπεῖν, τῇ ἐξ ἀλλήλων διαδοχῇ, ὑπεξισταμένων ἀεὶ τοῖς ἐπιγινομένοις τῶν προειληφότων. Καὶ ἁπλῶς ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντα τὰ ὄντα, καθ' ὃν μὲν ὑπέστησάν τε καί εἰσι λόγον, στάσιμά τε παντελῶς εἰσι καὶ ἀκίνητα, τῷ δὲ τῶν περὶ αὐτὰ θεωρουμένων λόγῳ, καθ' ὃν ἡ τοῦ παντὸς τούτου σαφῶς οἰκονομία συνέστηκέ τε καὶ διεξάγεται, πάντα κινεῖται δηλονότι καὶ ἀστατεῖ. Οὐ ταὐτὸν δέ φασιν εἶναι τῇ
Cod. f. 185 b. φορᾷ τὴν κίνησιν. Τὴν μὲν γὰρ κίνησιν μᾶλλον εἶναί | φασι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν, ὡς ἐπιδεχομένων τοῖς περὶ αὐτὰ θεωρουμένοις τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον (κἂν ἐπὶ πάντων ὁμοῦ τῶν γενητῶν κυρίως λέγεσθαι δυνατὸν), τὴν δὲ φορὰν τῆς κατὰ κύκλον κινουμένης οὐσίας καὶ ἀκαμάτως τὴν περιδίνησιν. Οὐκ οἶδα πότερον θαῤῥήσαντι περὶ τὸ πᾶν φυσικῶς ἐνεργούσης λέγειν ἐστὶν ἀσφαλὲς ἢ ἐνεργουμένης, πλὴν ὅτι κυρίως εἰπεῖν ἐστιν ἐνεργουμένης τὸ φέρεσθαι. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων παντελῶς ἐστιν αὐτενέργητον, ὅτι μηδὲ ἀναί-

differentiam constitutus, et quasi conterminum sese interponens inter deum et universorum quae post deum sunt, quorum alter supereminet et intactus aeterne manet, neque ullum qui se assequatur aut attingat intellectum habet, altera relicta sunt et mentalis cognitionis exsuperantia superata, et mente inferiora visa, cum quid superius eis sit firmiter esset ac vere intellectum, — haec mihi magister per visum et naturalem legem secundum rationem redditam significare, non vero ut quidam existimaverunt, pro uno et eodem ponere visum et legem naturalem. Uterque enim circa eadem vim suam exercens quomodo ab altero differat cogitando potest percipi, cum alter irrationaliter visibilium tactu solum nisus ulterius progredi non possit, altera et ratione socia adiuncta de eis diligenter inquirit et mente bene atque prudenter transcendit, quo maxime cogitationem et fidem de dei existentia naturalis per visum lex insinuavit. Visum igitur appellavit sensum simpliciter, non aliquo modo, sensibilia petentem (neque enim sensus peculiare est simpliciter aliquid ex aliquo aliud colligere), et legem naturalem vim naturalem quae intellectualiter ac rationaliter per sensum fiat, secundum quam a peiore fit idoneae explorationis ope ad melius ascensus. Immobiliter vero moveri ferrique ea quae videntur magister dicit ea qua facta sunt ratione, secundum naturam et potestatem et actionem, ordinem atque perseverantiam, immutabilia esse, et non ullo modo de naturali proprietate cedere mutarique in alterum et commisceri, ac moveri rursus fluxus et defluxus ratione, incremento et decremento, quo quantitas, et immutatione, qua qualitas afficitur, et ut proprie dicam, alterius ex altero successione ac vicissitudine, dum anticipata semper cedunt eis quae subsequuntur. Atque ut paucis absolvam, universa quae sunt, secundum rationem qua extiterunt ac sunt, firma omnino sunt et immota, sed ratione eorum quae circa ipsa contemplamur, qua universitatis huius manifesto constat oeconomia et absolvitur, universa, ut apparet, motantur et inquietantur. Nec tamen impetum et motionem idem significare statuunt. Motionem enim magis tribuunt eis quae generationi subiacent et interitui, ut quae eis quae circa ipsa observantur augendi minuendique notionem admittunt (etiamsi de cunctis creatis proprie dici id potest), impetum vero substantiae esse volunt circulo sese et indefesse commoventis rotationem. Nescio utrum de universo dicere conanti naturaliter operari id tutum sit, an incitari, nisi quod eius qui incitatur peculiare dicendum est ferri. Nulla enim res, quaecunque existunt, ipsa per se operatur omnino, quia nec causa caret; quod vero causa non caret, id omnino per causam movetur, unde apparet quod causâ incitatur ad se commovendum naturaliter ad quam et quo

τιον, τὸ δὲ μὴ ἀναίτιον, κινεῖται πάντως δι' αἰτίαν, ἐνεργούμενον δηλονότι τὸ κινεῖσθαι φυσικῶς ὑπὸ τῆς αἰτίας, δι' ἣν καὶ πρὸς ἣν ποιεῖται τὴν κίνησιν. Ἀναιτίως γὰρ οὐδαμῶς κινεῖται καθ' οἱονδήτινα τρόπον τῶν κινουμένων οὐδέν. Ἀρχὴ δὲ πάσης κινήσεως φυσικῆς ἐστιν ἡ τῶν κινουμένων γένεσις, ἀρχὴ δὲ τῆς τῶν κινουμένων γενέσεως ὁ Θεὸς, ὡς γενεσιουργός. Τῆς δὲ τῶν γεγενημένων φυσικῆς γενέσεως τέλος ἡ στάσις ἐστὶν, ἣν ποιεῖ πάντως μετὰ τὴν διάβασιν τῶν πεπερασμένων ἡ ἀπειρία, ἐν ᾗ διὰ τὸ μὴ εἶναι διάστημα πᾶσα ποιεῖται κίνησις τῶν [1] φυσικῶν κινουμένων, οὐκ ἔχουσα λοιπὸν ὅποι τε καὶ πῶς καὶ πρὸς τί κινηθῆναι, ὡς τὸν ὁρίζοντα καὶ αὐτὴν τὴν πάσης ὁριστικὴν κινήσεως ἀπειρίαν Θεὸν τέλος ὡς αἴτιον ἔχουσα. Πάσης οὖν γενέσεώς τε καὶ κινήσεως τῶν ὄντων, ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς ἐξ αὐτοῦ γεγενημένων καὶ δι' αὐτοῦ κινουμένων, καὶ εἰς αὐτὸν τὴν στάσιν ποιησομένων. Πάσης δὲ φυσικῆς τῶν ὄντων κινήσεως προεπινοεῖται ἡ γένεσις, πάσης δὲ στάσεως προεπινοεῖται | κατὰ φύσιν ἡ κίνησις. Εἰ οὖν κινήσεως προεπινοεῖται κατὰ φύσιν ἡ γένεσις, κινήσεως δὲ μετεπινοεῖται κατὰ φύσιν ἡ στάσις, γένεσις δηλονότι καὶ στάσις εἶναι τῶν ἅμα κατὰ τὴν ὕπαρξιν ἀμήχανον, ἀλλήλων αὐτὰς φυσικῶς [2] διείργουσαν ἔχουσαι κατὰ τὸ μέσον τὴν κίνησιν. Οὐ γὰρ φυσικὴ ἐνέργεια τῆς γενέσεως τῶν κινουμένων ἡ στάσις ἐστὶν, ἀλλὰ τέλος τῆς κατ' αὐτὴν δυνάμεως ἢ ἐνεργείας, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλοι τοῦτο λέγειν. Ἐπ' ἐνεργείᾳ γὰρ τὰ γενόμενα γέγονε, πᾶσα δὲ ἐνέργεια πρός τι τέλος ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀτελής. Τὸ γὰρ τέλος μὴ ἔχον τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν οὐδὲ τέλειόν ἐστι, τέλος δὲ τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, ἡ τῆς πρὸς τὸ αἴτιον τῶν γεγενημένων κινήσεως στάσις. Οἷον ἵνα ἐξ ἑνὸς τὸν ἐπὶ πάντων τῶν ὄντων κατανοήσωμεν τῆς κινήσεως τρόπον, ἡ ψυχὴ, οὐσία νοερά τε καὶ λογικὴ ὑπάρχουσα, καὶ νοεῖ καὶ λογίζεται, δύναμιν ἔχουσα τὸν νοῦν, κίνησιν δὲ τὴν νόησιν, ἐνέργειαν δὲ τὸ νόημα. Πέρας γὰρ τοῦτο τῆς τε τοῦ νοοῦντος καὶ τοῦ νοουμένου νοήσεώς ἐστιν, ὡς περιοριστικὸν τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν ἄκρων ὑπάρχον σχέσεως. Νοοῦσα γὰρ ἡ ψυχὴ ἵσταται τοῦ νοεῖν ἐκεῖνο τὸ νοηθὲν μετὰ τὴν αὐτοῦ νόησιν. Τὸ γὰρ νοηθὲν κυρίως ἅπαξ, οὐκ ἔτι τὴν πρὸς τὸ νοηθῆναι πάλιν ἐκκαλεῖται τῆς ψυχῆς δύναμιν, καὶ καθ' ἕκαστον νόημα οὕτω στάσιν δέχεται τῆς ποίας ἐπὶ τῷ νοήματι τοῦ νοηθέντος νοήσεως. Ἡνίκα οὖν πάντα τὰ νοήματα τῶν νοουμένων πάντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν κατὰ τὴν νόησιν παρέλθῃ, παύεται, ὥσπερ τῶν νοουμένων ἁπάντων, οὕτω καὶ τῆς ὅλης νοήσεώς τε καὶ σχέσεως πρὸς τὰ σχετὰ πάντα καὶ νοητὰ, οὐκ ἔχουσα λοιπὸν τί νοῆσαι τὸ παράπαν, μετὰ τὴν τῶν νοηθῆναι φυσικῶς δυναμένων νόησιν, μεθ' ἣν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον καὶ γνῶσιν

Cod. f. 186 a.

1. Fortasse φυσικῶς.

motionem dirigit. Sine causa enim eorum quae moventur nihil usquam ullo modo movetur. Initium vero omnis naturalis motionis est eorum quae moventur generatio, cuius rursus ipsius initium deus est, ut generationis auctor. Eorum quae facta sunt naturalis generationis finis est status, quem plane post consummatorum transgressum infinitas efficit, in qua propter existentiae cessationem omnis motio eorum naturalium quae moventur intervallum facit, non reliquum habens quo aut quomodo et ad quid moveatur, cum deum, qui vel ipsam omnis motionis terminatricem infinitatem definit, finem ut causam habeat. Itaque omnis generationis et motionis rerum existentium initium et finis deus est, cum ex eo generatae sint et motentur, statum quoque in eum facturae. Omni vero naturali rerum quae sunt motione prior intellegitur generatio, omnique statu prior secundum naturam intellegitur motio. Iam si motionem secundum naturam anticipat generatio, motionem vero secundum naturam subsequitur status, apparet generationem et statum simul subsistere non posse, dum mediam, quae alteram ab altera naturaliter dirimat, habeant motionem. Non enim naturalis actio generationis motorum status est, sed finis potestatis vel actionis ad statum pertinentis, vel quoquo id aliquis modo dicere volet. Sub actione enim quae facta sunt facta sunt, omnis vero actio ad finem aliquem pertinet, ne fine careat. Quodcunque enim naturalium actionum finem non habet, id nec perfectum est, finis autem naturalium actionum eorum quae facta sunt ad causam motionis est status. Quemadmodum, ut ex uno quaecunque sunt omnium motionis modum perspiciamus, anima, cum intellectualis et rationalis essentia sit, et cogitat et ratiocinatur, facultate utens mente, motione cogitatione, actione denique cogitato. Hoc enim cogitantis et eius quod cogitatur cogitationis finis est, ut quod extremitatum mutuam inter se relationem circumscribit. Cogitare enim anima desinit illud cogitatum postquam cogitavit. Nam cogitatum proprie semel, neque iterum, animae facultatem provocat, et per singulas quasque cogitationes sic statum capit qualiscunque cogitationis in cogitando eo quod cogitatur. Quando igitur omnia cogitata omnium quae cogitari possunt sensibilium et cogitabilium cogitatione transiverit, desinet anima, uti ab omnibus quae cogitantur, ita etiam a tota cogitatione atque relatione ad omnia tam relativa quam cogitabilia, nec habet reliquum omnino quid cogitet, post cogitationem eorum quae naturaliter cogitari possunt, post quam supra mentem et rationem et cognitionem modo nec intelligibili nec perceptibili nec effabili cum deo unietur, non cogitans omnino, immo neque

---

2. διέργουσαν cod. Gud.

Cod. f. 186 b. ἀνοήτως, ἀγνώστως τε καὶ | ἀφράστως κατὰ ἁπλῆν προςβολὴν ἑνωθήσεται τῷ θεῷ, οὐ νοοῦσα παντάπασιν, οὔτε μὴν τὸν θεὸν λογιζομένη. Οὐ γάρ ἔστι τι τῶν νοουμένων, ἵνα κατά τινα σχέσιν ἡ ψυχὴ τὴν αὐτοῦ δύνηται νόησιν ἔχειν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἁπλῆν, ὡς ἄσχετον, καὶ ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν, καί τινα λόγον ἄῤῥητόν τε καὶ ἀνερμήνευτον, ὃν μόνος οἶδεν ὁ τὴν ἄφατον ταύτην χάριν τοῖς ἀξίοις δωρούμενος θεὸς, καὶ οἱ ταύτην ὕστερον πείσεσθαι μέλλοντες, ἡνίκα πάντα τροπῆς ἐλεύθερα καὶ ἀλλοιώσεως ἔσται πάσης, τῆς καθ' ὁτιοῦν περί τι κινήσεως τῶν ὄντων παντελῶς πέρας λαβούσης τὴν περὶ θεὸν ἀπειρίαν, ἐν ᾗ τὰ κινούμενα πάντα δέχεται στάσιν. Περὶ θεὸν γὰρ, ἀλλ' οὐ θεὸς, ἡ ἀπειρία, ὅςτις καὶ ταύτης ἀσυγκρίτως ὑπέρκειται. Δικαίως γοῦν, οἶμαι, μέμψεως ἄξιος πλείστης ὁ τὴν προϋπαρξιν τῶν ψυχῶν δογματίζων ἐστὶ, καὶ τὴν ἀκίνητον καθόλου τῶν λογικῶν ἑνάδα θεσπίζων, φύρων Ἑλληνικῶς τὰ μὴ φυρόμενα, καὶ λέγων ἅμα κατὰ τὴν ὕπαρξιν εἶναι τῇ γενέσει τῶν λογικῶν τὴν στάσιν. Οὐ γὰρ συμβαίνει τῷ ἀληθεῖ λόγῳ τὴν γένεσιν προεπινοεῖσθαι τῆς στάσεως, ἀκίνητον φύσει κατ' αὐτὸν ὑπάρχουσαν, οὔτε μετεπινοεῖσθαι στάσιν ἀκινήτου γενέσεως, οὔτε μὴν συνεπινοεῖσθαι τῇ γενέσει τὴν στάσιν. Οὐ γὰρ δύναμις τῆς γενέσεως ἡ στάσις ἐστὶν, ἵνα συνεπινοηθῇ τῇ γενέσει τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ τῆς κατὰ δύναμιν ἐνεργείας τῆς τῶν γεγενημένων γενέσεως τέλος ὑπάρχει, καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, τῶν πρός τι οὖσα ἡ στάσις, οὐ πρὸς γένεσιν, ἀλλὰ πρὸς κίνησιν λέγεται, πρὸς ἣν καὶ ἀντιδιαστολὴν ἐπιδέχεται, οὐδαμῶς τὴν πρὸς γένεσιν ἀναφορὰν ἔχουσα, πρὸς ἣν διαστολὴν οὐκ ἐπιδέχεται. Ἕως δ' ἂν
Cod. f. 187 a. οὖν στάσιν ἀκούω, | παῦλαν μόνον μανθάνω κινήσεως. Εἰ δὲ τῶν ἅμα κατὰ τὴν ὕπαρξιν οὐκ ἔστι γένεσις καὶ στάσις, ἄρα παραχαράττει σαφῶς τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὁ τοῦτο θεσπίζων, καὶ τὴν ἀκίνητον ἅμα τῇ γενέσει προϋπάρχουσαν ἑνάδα τῶν λογικῶν δογματίζων. Εἰ δέ τις λέγοι, Καὶ πῶς ἐπὶ θεοῦ λέγεται στάσις, μὴ ἔχουσα προεπινοουμένην κίνησιν; φημὶ πρῶτον μὲν, Οὐ ταὐτὸν κτίστης καὶ κτίσις, ἵν' ὅπερ ἑνὶ δυνατὸν προςεῖναι, κατ' ἀνάγκην τῷ ἑτέρῳ ὡςαύτως ἐπιθεωρηθῆναι δύνηται, ἐπεὶ οὕτωγε οὐδαμῶς τὸ κατὰ φύσιν διάφορον τούτων ἔσται καταφανές· ἔπειτα κυρίως εἰπεῖν, ὁ θεὸς οὔτε κινεῖται παντελῶς οὔτε ἵσταται (τοῦτο γὰρ τῶν κατὰ φύσιν πεπερασμένων καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἐχόντων ἐστὶν ἴδιον), οὔτε μήν τι ποιεῖ παντάπασιν, οὔτε πάσχει τῶν ὅσα ἐπ' αὐτοῦ δι' ἡμᾶς καὶ νοεῖται καὶ λέγεται, διὰ τὸ κατὰ φύσιν ὑπὲρ πᾶσαν εἶναι κίνησίν τε καὶ στάσιν, καὶ μηδενὶ λόγῳ τοῖς καθ' [3] ἡμᾶς ὑποβάλλεσθαι τρόποις. Ταῦτα παρεκβατικῶς εἰρήσθω περὶ τοῦ μηδὲν χρῆναι λέγειν τῶν ὄντων κατὰ φύσιν ἀπολελυμένως ἐνεργεῖν, ἵνα μὴ ἀναίτιόν τι τῶν μετὰ θεὸν ἀφρόνως εἰςάγωμεν, ἐνεργεῖσθαι δὲ φυσικῶς τὸ ἐνεργεῖν τοῦθ' ὅπερ ἐνεργούμενον πέφυκεν ἐνεργεῖν.

considerans deum aut aestimans. Nihil enim extat eorum quae cogitantur, quo per relationem aliquam anima cogitationem suam dirigere possit, sed per simplicem (quippe habitu ac relatione vacantem) unitionem, quae cogitari non capit, et ineffabilem quandam et haud vestigabilem rationem, quam solus novit deus qui inenarrabilem hanc gratiam dignis largitur, et qui eam aliquando accepturi sunt, quando conversione et immutatione omni omnia vacabunt, postquam rerum quae existunt quaelibet circa quidquam motio prorsus terminum invenerit infinitatem deum comitantem, in qua quaecunque motantur statum sumunt. Iure quidem, arbitror, gravissimam meretur reprehensionem qui praeexistentiam animarum statuit, gentilem in modum commiscens quae a commixtione abhorrent et secundum substantiam contemporare cum generatione rationalium statum asserens. Neque enim generationem ante statum, quae immobilis naturâ sit, aut statum post immobilem generationem, aut denique una cum generatione statum cogitare rationis veritati competit. Non enim facultas generationis est status, adeo ut cum generatione eorum quae facta sunt una cogitetur, sed facultativae eorum quae facta sunt generationis actionis finis extat; ac simpliciter, ut paucis absolvam, si eorum est status quae ad quid sunt, non ad generationem, sed ad motionem esse dicitur, ad quam etiam differentiam capit, dum ad generationem quidem minime refertur, ad quam differre haud capit. Donec igitur statum audio, solum cessationem motionis intellego. Si vero secundum existentiam generatio et status non contemporant, manifesto veritatis rationem adulterat is qui hoc praedicat atque unitatem immobilem una cum generatione ante rationalia praeexistere statuit. At si quis dicat, Et quomodo deo attribuitur status, cum motionem ante se ipsum cogitari non admittit? primum quidem respondeo, Non idem conditor est atque conditio, ut quod uni inesse potest, necessario etiam in altero una observari queat, quando ita quidem naturalis horum differentia nullomodo manifesta erit: deinde, ut proprie dicam, deus neque movetur omnino neque stat (hoc enim eorum est peculiare quae naturaliter terminata sunt atque initium existentiae habent), neque quidquam omnino facit aut patitur quaecunque per nos cogitantur de eo et dicuntur, propterea quod naturaliter omnem et motionem et statum superat, neque ulla ratione nostrae naturae modis subiacet. Haec per digressionem dicta sint de eo quod nihil in rebus naturaliter absolute agere debeamus dicere, ne quid causa vacans eorum quae post deum sunt inepte inducamus, sed agi naturaliter esse agere id quod actum agere valeat.

---

3. ὑμᾶς cod. Gud.

Idem ibid. cap. 9., p.501. tom. I. Opp. ed. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς το, Ἀλλ' εἰ ἀσώματον, οὔπω μὲν οὐδὲ τοῦτο τῆς οὐσίας παραστατικὸν, ὥςπερ οὐδὲ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ ἄναρχον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ὅσα περὶ θεοῦ ἢ περὶ θεὸν εἶναι λέγεται.

Πρὸς τοὺς ἀνόμοιον μάλιστα τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν κακούργως εἰςάγοντας, διὰ τοῦ νομίζειν οὐσίαν εἶναι τοῦ πατρὸς τὸ ἀγέννητον, ὡς οἶμαι, τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίων τὸ δέον αὐτοὺς ἐπιγνῶναι διδάσκων, ταῦτά φησιν ὁ διδάσκαλος, ἵν' ὑπὸ τῆς ἀληθείας πρὸς τὴν εὐσέβειαν συν-
Cod. f. 187 b. ελαυνόμενοι εὐπειθῶς σὺν ἡμῖν τὸ μὴ ἔχειν γένεσιν | τὸν πατέρα μόνον δηλοῦν τὸ ἀγέννητον ὁμολογήσωσι, συνειδότες ὡς εἴπερ οὐσίαν θεοῦ τὸ ἀγέννητον εἶναι πάντως βιάσαιντο, οὐσίαν θεοῦ καὶ τὸ ἀσώματον ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ ἄναρχον, καὶ τὸ ἀθάνατον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ ὅσα διὰ τῆς στερητικῆς ἀναιρέσεως διὰ τὴν ὑπεροχὴν ὁ θεὸς εἶναι λέγεται, λέγειν εἰκότως, ἑαυτοῖς γοῦν στοιχοῦντες, ἐκβιασθήσονται, καὶ οὕτω πολλὰς οὐσίας θεοῦ, καὶ οὐ μίαν, μᾶλλον δὲ, κυριώτερον εἰπεῖν καὶ ἀληθέστερον, πολυθεΐαν Ἑλληνικὴν νοσοῦντες ἐλεγχθήσονται, ὅπερ ὡς ἀσεβὲς εἰπεῖν αἰσχυνόμενοι τῆς ἀπονοίας πάντως ἀφέξονται καὶ μὴ βουλόμενοι. Τὰ γὰρ στερητικὰ ἢ ἀναιρετικὰ περί τι θεωρούμενα οὐκ αὐτὸ ἐκεῖνο τυγχάνει ὄντα τὸ περὶ ὃ θεωροῦνται, ἐπεὶ πάντως ἔσονται τῶν σημαινόντων τὸ τί ἐστιν, ὡς ἐκεῖνο αὐτὸ ὄντα, ἀλλ' οὐ τὸ τί οὐκ ἔστιν αὐτὸ ἐκεῖνο σημαίνοντα· εἰ δὲ τοῦτο, ὅρος ἐκείνου τοῦ περὶ ὃ λέγονται εἶναι ταῦτα δειχθήσεται, ὅπερ ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν ὧν οὐκ ἔστι τῶν πραγμάτων οἱ ὅροι συνάγονται, ἀλλ' ἐκ τῶν ἅ ἐστιν, ἐξαπλοῦντα τὴν σύντομον τῶν πραγμάτων περίληψιν, ἥτις ὀνομασία τούτων ὑπάρχει. Οὐδὲν οὖν τὸ σύνολον τῶν περὶ θεοῦ ἢ περὶ θεὸν εἶναι λεγομένων οὐσία εἶναι θεοῦ πώποτε δύναται, ὅτι μηδὲ θέσιν, μόνην καὶ μόνῳ θεῷ ἁρμόζουσαν, ἄσχετον, καὶ τῆς περί τι παντάπασιν ἐνεργείας ἄφετον αὐτὸ ἐκεῖνο κατὰ τὸ τίποτε εἶναι ἐμφῆναι δύναται.

Idem ibid. cap. 9., p.502. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ὡς γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὸ σῶμα εἰπεῖν, ἢ τὸ γεγεννῆσθαι, πρὸς τὸ καὶ περὶ ὃ ταῦτα παραστῆσαί τε καὶ δηλῶσαι, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ ὑποκείμενον τούτοις εἰπεῖν, εἰ μέλλοι τελείως καὶ ἀποχρώντως τὸ νοούμενον παραστήσασθαι· ἢ γὰρ ἄνθρωπος ἢ βοῦς ἢ ἵππος τοῦτο τὸ ἐν σώματι καὶ φθειρόμενον.

Eiusdem sermonis in illud, ,Sed si incorporeum, nondum tamen hoc essentiae patrocinatur, non magis quam quod ingenitum, et sine initio, et inmutabile, et sine interitu, et quaecunque de deo aut circa deum esse dicuntur.'

Ad eos inprimis qui filium patri dissimilem nefarie introducunt, eo quod, ut arbitror, patris essentiam in eo collocant quod ingenitus sit, sermonem dirigens, et ex similibus quid agnoscere debeant instruens, haec dicit magister, ut veritate ad pietatem coacti lubenter cum nobis eo quod pater generatione caret nihil nisi quod ingenitus sit probari concedant, memores quod, si essentiam dei plane hoc esse contenderent quod ingenitus est, etiam incorporalitatem eius, et quod sine initio, et immortalis est, et immutabilis, et interitu caret, et quaecunque privative propter exsuperantiam deus esse dicitur, (certe si sibi constantes esse voluerint) necessario utique statuere cogentur, adeoque non unam statuere, sed multas dei essentias, immo, ut magis proprie ac verius dicam, quod gentilis multorum deorum religionis morbo laborent sic traducentur; quod, ut impium, confiteri si reverentur, amentia sua plane vel inviti decedent. Privativa enim sive negativa quae circa rem aliquam observantur haud ipsum illud sunt circa quod observantur, quia quidem omnino sic eorum essent quae quid sit denotant, ut ipsum illud existentia, sed non quid non sit illud ipsum denotantia; quod si verum esset, finis illius circa quod dicuntur esse haec demonstrarentur, id quod ineptum est et fieri nequit. Non enim ex iis quae non sunt rerum fines colliguntur, sed ex iis quae sunt, quae exiguum rerum expandunt atque amplificant ambitum, qui nomen earum est. Nihil itaque omnino ex iis quae de deo aut circa deum esse dicuntur dei essentia unquam esse potest, quia nec positionem, quae sola et soli deo competit, et relatione vacat, nec ipsum illud quod vi circa aliquid activa prorsus solutum est secundum essentiam ac substantiam indicare potest.

Ex eodem sermone in illud, ,Quemadmodum enim non sufficit corpus dicere, aut generatum esse ad demonstrandum atque manifestandum hoc vel illud circa quod haec versentur sed illud quoque quod his subiectum est dicere oportet, si quis perfecte et plene quid cogitemus monstrare voluerit: nam vel homo vel bos vel equus hoc corporeum esse potest et interitui obnoxium.'

Ἐπειδήπερ ἑώρα τοὺς αἱρετικοὺς ὁ ἅγιος ἕνα μόνον
Cod. f. 188 a. ἔχοντας | ἀγῶνα, τὴν ὑπερούσιον ἑαυτοῖς ἀνοήτως συγκαταβάλλειν φύσιν, καὶ τεχνικαῖς μεθόδοις περιλήψει τῆς κατ' αὐτοὺς γνώσεως κρατεῖν ἐπιχειροῦντας, ὡς ᾤοντο, τὴν ἀκράτητον δύναμιν, καὶ πάσῃ τῇ κτίσει κατὰ τὸ ἴσον ἀχώρητον, δι' ὅλου τοῦ λόγου τὰς στερήσεις τε καὶ τὰς ἀποφάσεις προὐτίμησεν ἐπὶ θεοῦ λέγειν, μηδεμίας παντελῶς ἀνασχόμενος θέσεως ἢ καταφάσεως, ἵνα μὴ ταύτης λαβόμενοι ὡς ἀναιδεῖς κύνες δήγματι τοὺς ἰοβόλους ὀδόντας μανικῶς τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας ἐμβάλλωσιν, ἀφορμὴν τοῦ ὁπωσοῦν προτείνειν καὶ παραλογίζεσθαι, καὶ τὸ οἰκεῖον εἰς πέρας ἀγαγεῖν δυνηθῆναι σπούδασμα, τὴν ὁποιανοῦν περὶ θεοῦ δοθεῖσαν αὐτοῖς τοῦ λόγου θέσιν ποιούμενοι. Διὰ τοῦτο οὔτε σῶμα, οὔτε ἄϋλον σῶμα, οὔτε ἀσώματον παντελῶς, οὔτε ἐν τῷ παντὶ, οὔτε ἔν τινι τοῦ παντὸς, οὔτε ὑπὲρ τὸ πᾶν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδὲν τὸ παράπαν καὶ ἐν οὐδενὶ καθ' οἱονδήποτε τρόπον, ὡς ἔστιν ἀληθὲς, τῶν ὁρωμένων ἢ χωρουμένων ἢ λεγομένων ἢ νοουμένων ἢ γνωσθῆναι καθ' ὁτιοῦν δυναμένων, εἶναι τὸν θεὸν ἀποφαίνεται, πάσης αὐτοὺς τῆς περὶ θεοῦ καταληπτικῆς κατὰ τὸ τίποτε εἶναι τὴν οὐσίαν ἐννοίας ἀποῤῥαπίζων. Ἔπειτα δυσωπητικώτερον αὐτοὺς ἐνάγων πρὸς εὐσέβειαν, καὶ ἐκ τῆς περὶ τὰ δεύτερα καὶ μακρὰν ἀσυγκρίτως ἀπὸ θεοῦ ἐρεύνης τὸ καθόλου περὶ θεοῦ τολμηρῶς μηδὲ ἐννοεῖν, μή τιγε λέγειν, εἶναί τινι θεμιτὸν δεῖξαι βουλόμενος, ταῦτά φησι. Καὶ μὴν καὶ πρὸς σύστασιν τῶν ἤδη πρὸς αὐτοὺς κατὰ στέρησίν τε καὶ ἀπόφασιν εἰρημένων, ὥςτε αὐτοὺς συνειδότας ἐντεῦθεν, ὡς καὶ ἡ τῶν ἐσχάτων ἐν τοῖς ποιήμα-
Cod. f. 188 b. σιν ἀκριβὴς κατάληψις τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς ἐνεργείας | ὑπερβαίνει τὴν δύναμιν, τῆς περὶ τὰ πολλῷ μείζω θρασύτητος τὴν ἀλόγιστον δυνηθῆναι φορὰν ἐπισχεῖν, ἐν τοῖς μικροῖς τὸ ἀσθενὲς μαθόντας τῆς φύσεως. Εἰ γὰρ ἐξετάζουσιν ἡμῖν στοιχεῖόν τι, φέρε εἰπεῖν ἢ ἄνθρωπον ἢ ἵππον ἢ βοῦν, οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τελείαν κατάληψιν τὸ σῶμα λέγειν τὸ στοιχεῖον, ἢ γεννητὸν μόνον ἢ φθαρτὸν τὸν ἄνθρωπον ἢ τὸν βοῦν ἢ τὸν ἵππον, ἀλλὰ δεῖ παραστῆσαι καὶ τὸ τούτοις ὑποκείμενον, ὅπερ γεννᾶται καὶ φθείρεται καὶ πεποίωται. Σῶμα δὲ ἢ γέννησις ἢ φθορὰ οὐδαμῶς ὑπάρχον, ἐπεὶ ἔσται κατὰ τοῦτο ἀνάγκης ἀκολουθία, εἴ τι σῶμα, καὶ στοιχεῖον εἶναι, καὶ εἴ τι γέννητον ἢ φθαρτὸν, ἢ ἄνθρωπος εἶναι ἢ βοῦς ἢ ἵππος. Οὐ γὰρ εἴ τι σῶμα, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον ἢ ἄνθρωπος ἢ βοῦς ἢ ἵππος. Εἴ τι μὲν γὰρ στοιχεῖον, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ σῶμα, οὐκ εἴ τι δὲ σῶμα, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον. Οὔτε εἴ τι σῶμα ἢ γεννητὸν ἢ φθαρτὸν, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ οὕτωγε καὶ ἄνθρωπος ἔσται πάντως ἐξ ἀνάγκης πᾶν εἴ τι σῶμα, καὶ πᾶν εἴ τι γεννώμενόν ἐστιν ἢ φθειρόμενον. Εἴ τι μὲν γὰρ ἄνθρωπος, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ σῶμα καὶ γεννώμενον καὶ φθειρόμε-

Cum sanctus haereticos videret id unum certare, ut superessentialem naturam amentes secum ipsis destruerent, artificiosisque rationibus potestatem insuperabilem omnique conditioni ex pari imperceptibilem suae cognitionis comprehensione capere conari, per totum sermonem privative et negative de deo dicere maluit, nulli omnino positioni aut affirmationi indulsit, ne tanquam impudentes canes hanc mordicus captarent et venenatis dentibus in veritatis sermonem furiose irruerent occasionem praetendendi utcunque et fallendi et proprii studii artificium conficiendi qualemcunque de deo sibi concessam sermonis positionem facientes. Quare neque corpus, neque immateriale corpus, neque incorporale omnino, neque in universo, neque in ulla universi parte, neque supra universum, et ut simpliciter dicam, nihil omnino et in nihilo eorum quae qualicunque modo, ut verum est, videntur vel comprehenduntur vel dicuntur vel cogitantur vel nosci utcunque possunt, deum esse docet, de omni eos opinione, dei essentia quid sit comprehendi posse, propulsans. Deinde instantius eos ad pietatem instigans, et ex inferiorum et incomparabile quantum a deo distantium investigatione universale de deo temerarie neque cogitare, nedum edicere ulli fas esse conans persuadere, haec dicit. Et profecto ad stabilienda quoque ea quae contra eos iam privative et negative disputaverat, ut inde commonefacti, quod etiam ultimorum in creatis accurata comprehensio rationalis nostrae vis facultatem superet, multo maioris temeritatis et audaciae impetum coercere possent, postquam in parvis naturae infirmitatem nossent. Etenim si de figura aliqua inquirimus finge homine, vel equo, vel bove, ad plene comprehendendum figuram corpus dixisse haud sufficit, vel generabile modo aut interibile, hominem vel bovem vel equum, sed quod his subiectum sit, id est quod generetur et intereat, et qualitate affectum sit repraesentare oportet. Corpus vero haudquaquam generatio est, aut interitus; siquidem inde necessario sequeretur, si quid corpus sit, et figuram esse, et si quid generabile sit vel interibile, et hominem esse vel bovem vel equum. Neque enim, si quid corpus est, omnino necessarium ut figura sit vel homo vel bos vel equus. Nam si quid figura, necessario prorsus etiam corpus est, non vero si quid corpus, necessario etiam figura. Neque si quid corpus, vel generabile, vel interibile, necessario prorsus etiam homo est, quando ita quidem etiam homo omnino necessario esset quodcunque corpus, vel quodcunque generabile est vel interibile. Nam si quid homo, necessario prorsus etiam corpus, et generabile, et interibile, non vero si quid corpus, vel generabile, vel interibile, necessario prorsus etiam homo. Neque enim omnino quando homo est, necessario sequitur ut et figura

νον, οὐκ εἴ τι δὲ σῶμα ἢ γεννητὸν ἢ φθαρτὸν, πάντως ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄνθρωπος. Οὔτε γὰρ ἕπεται πάντως, ἐπεὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος, ἐξ ἀνάγκης καὶ στοιχεῖον καὶ βοῦς καὶ ἵππος, καὶ πᾶν εἴ τι ἄλλο ἐνσώματον καὶ γεννώμενον καὶ φθειρόμενον. Οὐ γὰρ κατηγορεῖταί ποτε τὰ μερικὰ κατὰ τῶν καθόλου, οὔτε τὰ εἴδη τῶν γενῶν, οὔτε τῶν περιεχόντων τὰ περιεχόμενα, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀντιστρέφει τὰ καθόλου τοῖς ἐπὶ μέρους, οὐδὲ τὰ γένη τοῖς εἴδεσιν, οὐδὲ τὰ κοινὰ τοῖς ἰδιάζουσιν, οὐδὲ,|
Cod. f 189 a. συνελόντα φάναι, τοῖς περιεχομένοις τὰ περιέχοντα. Οὕτως οὖν κατὰ τὸν ἀποδοθέντα λόγον καὶ ἐπὶ βοὸς καὶ ἵππου καὶ παντὸς [1] τοῦ ὁτιοῦν ἑτέρου ληπτέον. Εἰ τοίνυν οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τελείαν γνῶσιν τῶν πραγμάτων τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτὰ θεωρουμένων εἰπεῖν, λέγω δὴ τὸ σῶμα καὶ τὸ γεννᾶσθαι καὶ φθείρεσθαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τὸ ὑποκείμενόν ἐστιν, ἀλλὰ δεῖ πάντως καὶ τὸ ὑποκείμενον τούτοις, θεμελίου τρόπον ἐφ' ᾧ ταῦτα βέβηκε, τί ἐστιν ἐνδείξασθαι, εἰ μέλλοιμεν τελείως καὶ ἀπαραλείπτως τὸ νοούμενον παριστάναι. Ἢ γὰρ ἄνθρωπον ἔχομεν εἰπεῖν ἢ βοῦν ἢ ἵππον ταῦτα δὴ τὰ μὴ ὄντα αὐτὸ τοῦτο σῶμα, ἀλλ' ἐνσώματα, καὶ μὴ ὄντα αὐτὸ τοῦτο γεννήσεις καὶ φθορὰς, ἀλλὰ γεννώμενα καὶ φθειρόμενα, ὡς εἶναι ταῦτα, σῶμά φημι καὶ γέννησιν καὶ φθορὰν, δηλαδὴ περὶ τὰ ζῶα, ἀλλ' οὐ τὰ ζῶα ταῦτα ὑπάρχειν, σῶμα λέγω καὶ γέννησιν καὶ φθοράν. Εἰ τοίνυν οὐδὲν τὸ σύνολον τῶν ὄντων ἐστὶ κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι ὅπερ ἐστὶ καὶ λέγεται τὸ ἀθροίσμα τῶν ἡμῖν περὶ αὐτὸ νοουμένων τε καὶ λεγομένων, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα, τὸ περὶ ὃ ταῦτά ἐστι, συνεκτικὸν μὲν τούτων, αὐτὸ δὲ τούτοις οὐδαμῶς συνεχόμενον (οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐκ τούτων, ἢ ταῦτα, ἤ τι τούτων, ἢ ἔκ τινων, ἤ τινος αὐτῶν, ἢ ἐν τούτοις, ἤ τισιν, ἤ τινι τούτων, τὸ περὶ ὃ ταῦτα καὶ ἔστι καὶ λέγεται), παυσάσθω πᾶσα ψυχὴ παντὶ λόγῳ τῶν περὶ θεοῦ θρασέως ἐπιπηδᾶν εἰθισμένη τοῦ διακενῆς ἀσεβεῖν, καὶ ἐν τοῖς μικροῖς μαθοῦσα τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, καὶ σιγῇ σεβέσθω μόνον τὴν ἄῤῥητόν τε καὶ ὑπὲρ νόησιν καὶ πάσης ἐπέκεινα γνώσεως τῆς θείας οὐ-
Idem ibid. cap. 5. σίας ὀντότητα. Οὐδὲ αὐτὴ γὰρ κατὰ μικρὸν, ὡς προλαβὼν ἐδίδαξεν ὁ ἅγιος, ἡ τῆς κτίσεως ἀκριβὴς κατανόησις κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ὑπὸ τῆς ἡμῶν περιέχεται γνώσεως,. ἵνα κἀγὼ|
Cod. f. 189 b. μικρόν τι προσδιατρίψω τῷ λόγῳ, καὶ τῆς ὑπὲρ πάντα σοφίας θαυμάσω τὸ ἀνεξιχνίαστον. Τίς γὰρ τῶν ἄγαν σοφῶν ταῖς λογικαῖς πιστεύων ἐφόδοις καὶ ταῖς οὐκ οὔσαις θαῤῥῶν ἀποδείξεσι μετὰ λόγου τὴν τῶν ὄντων ἐπελθὼν μεγαλειότητα δυνήσεται γνῶναι, εἰπεῖν τε καὶ παραστῆσαι; Τίνες οἱ ἑκάστῳ τῶν ὄντων τῇ ὑπάρξει πρώτως ἐγκαταβληθέντες λόγοι, καθ' οὓς καὶ ἔστι καὶ πέφυκε τῶν ὄντων ἕκαστον, καὶ εἰδοπεποίηται, καὶ ἐσχημάτισται, καὶ συντέθηται, καὶ δύναται, καὶ

1. Fortasse του.

et bos et equus sit, et si quod aliud corporeum et generatum et interiens. Nunquam enim particularia praedicantur de universalibus, neque species de generibus, neque de continentibus contenta, ideoque neque reciprocantur inter se universalia et particularia, neque genera et species, neque communia et peculiaria, neque denique continentia et contenta. Sic igitur secundum hanc explicationem et de bove et de equo et de quolibet alio statuendum. Itaque non sufficit ad plenam rerum cognitionem eorum quae circa eas spectantur plura enumerare, corpus inquam, et quod generetur et intereat, et quaecunque id genus subiectum comitantur, sed quod his subiectum est, ut fundamentum in quo illa stant, omnino etiam quid sit demonstrari opus est, si perfecte et plene quid cogitetur repraesentare voluerimus. Aut enim hominem habemus dicere aut bovem aut equum haec iam quae non sunt ipsum hoc corpus, sed corporalia, et quae non sunt hoc ipsum generationes et interitus, sed generata et intereuntia, adeo ut haec, corpus inquam et generatio et interitus, manifesto animalia comitentur, sed non animalia ipsa existant haec, corpus, inquam, et generatio et interitus. Itaque si nihil de rebus omnino secundum ipsam existentiam id est quod eorum quae a nobis de eo cogitantur et dicuntur congregatio et est et dicitur, sed aliud quid ab his diversum, id videlicet quod illa comitantur, ea conservans ac continens quidem, ipsum vero his nequaquam contentum aut conservatum (id enim circa quod haec et sunt et dicuntur non est ex his, neque haec, neque aliquid horum, neque ex aliquibus, neque alicuius eorum, neque in his, aut aliquibus, aut aliquo horum), desinat vane et impie agere omnis anima cuilibet dei rerum rationi insultare petulanter solita, ac vel in parvis propriam animadvertat infirmitatem, et tacite revereatur ineffabilem solum omnique et cogitatione et cognitione superiorem divinae essentiae veritatem. Nec ipsa enim ut antea docuit sanctus, ‚Accurata vel paululum conditionis perceptio‘ secundum veram rationem a nostra cognitione comprehenditur, ut ego quoqûe paululum sermone immorarer, atque summam et non vestigabilem sapientiam admirarer. Quis enim hominum quantumvis eruditorum rationalibus fretus instrumentis et documentis quae non sunt confisus eorum quae sunt maiestatem ratione aggressus cognoscere, enarrare atque probare poterit? Quaenam sunt de existentia cuique eorum quae existunt ab initio insertae rationes atque implicatae, secundum quas unumquodque et est et naturam habet, et formam et speciem nactum est, et compositum est, et valet, et agit, et patitur, ne commemorem quantitatis et qualitatis et affectionis et loci et temporis et positionis et motionis et habitus differentiam ac proprieta-

ἐνεργεῖ, καὶ πάσχει, ἵνα μὴ λέγω τὴν ἐν τῷ ποσῷ τε καὶ τῷ ποιῷ, καὶ τῇ σχέσει, καὶ τῷ τόπῳ, καὶ τῷ χρόνῳ, καὶ τῇ θέσει, τῇ τε κινήσει καὶ ἕξει, διαφορὰν καὶ ἰδιότητα, πρὸς ἃ καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς μεγαλοφυῶς λογικὴ πέφυκεν ἰσαρίθμως πλατύνεσθαι δύναμις εἰς νοῦν, καὶ νόησιν, καὶ ἔννοιαν, καὶ διάνοιαν, καὶ σύννοιαν, καὶ τὸν ἐνδιάθετον λόγον, τόν τε κατὰ πρόφοραν καὶ τὸν γεγωνότα, τουτέστι φωνὴν καὶ κραυγὴν, καὶ αὖθις συνάγεσθαι, χωρὶς τῆς κατ' ἐπιστήμην καὶ τέχνην, ὥςπερ ἐν ποσῷ τε καὶ ποιῷ καὶ τοῖς λοιποῖς, καθὼς ἀπηρίθμηται, τούτου διαφορᾶς τε καὶ ἰδιότητος; Τίς ὁ γινώσκων τοὺς λόγους τῶν ὄντων καθὼς καὶ εἰσὶν, ὡς εἶπον, καὶ διαφέρουσι, καὶ στάσιν ἔχουσιν ἀκίνητον τὴν κατὰ φύσιν καὶ πρὸς ἄλληλα μηδαμῶς μεταπίπτουσαν κίνησιν, ἐν τῇ κινήσει τὴν στάσιν, καὶ ἐν τῇ στάσει τὸ παραδοξότατον τὴν κίνησιν ἔχοντα; τίς πρὸς ἄλληλα τῶν ἐναντίων εἰς ἑνὸς κόσμου σύστασιν ὁ δεσμὸς, καὶ τῆς εὐτάκτου τε καὶ ἀφύρτου κινήσεώς τε καὶ διοικήσεως ὁ τρόπος; τίς πάλιν τῶν καθ' ἡμᾶς σωμάτων ἡ τῶν ἐναντίων κατὰ τὴν κρᾶσιν διὰ συνθέσεως συμπλοκὴ, τὰ διεστῶτα κατὰ τὴν φύσιν εἰς φιλι-

Cod. f. 190 a. κὴν συνοικίαν ἐνάγουσα, | καὶ τῇ μεσότητι τὸ ἐν τοῖς ἄκροις αὐστηρὸν τιθασσεύουσα, καὶ χωρεῖν δι' ἀλλήλων ἀλυμάντως παρασκευάζουσα, καὶ ταύτην ποιουμένη τῶν συνθέτων συντήρησιν, τὴν τῶν ἄκρων κατὰ τὴν κρᾶσιν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν, καὶ πῶς ἕκαστον τούτων ἐστὶ, καὶ τί ἐστι, καὶ ποῦ φέρον ἢ φερόμενον καὶ ἐπὶ τίνιγε γένηται ἢ φέρει ἢ φέρεται, οὐ μόνον, ὡς εἴρηται, οἷς προηγουμένως ὑπάρχουσι ταῦτα λόγοις, ἀλλὰ καὶ οἷς πρὸς ἑαυτά τε καὶ πρὸς ἄλληλα μυρίοις κατ' ἐπίνοιάν τε καὶ ἐνέργειαν διαιροῦνται τε καὶ ἑνοῦνται τρόποις; καὶ αὖθις τίς ὁ λόγος τῆς τοῦ καθ' ἕκαστον οὐσίας, φύσεως, εἴδους, σχήματος, συνθέσεως, δυνάμεως, ἐνεργείας, πάθους; τίς δὲ πάλιν ὁ καθόλου τοῖς ἄκροις κατὰ τὸ ἑκάστου πέρας διὰ τοῦ μέσου τὴν πρὸς ἄλληλα συνάφειαν ἐνεργῶν λόγος, ἵνα τό τε νοῦν καὶ τὸ νοούμενον διὰ τῆς μέσης νοήσεως, σχέσεως οὔσης ἑνωτικῆς τῶν διῃρημένων περὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν νόημα, συναφθῇ καὶ περιληφθῇ ἀλλήλοις ἑκάτερα, καὶ μηδὲν τὸ παράπαν κατὰ τοῦτο δειχθῇ τῶν μετὰ θεὸν περιγραφῆς ὑπάρχον ἐλεύθερον; ὥςπερ καὶ τὰ αἰσθητὰ πάντα καὶ τὰ αἰσθανόμενα, ἤγουν αἰσθητικὰ, διὰ τῆς μέσης αἰσθήσεως, σχέσεως οὔσης κοινῆς τῶν διῃρημένων ἄκρων, τῶν μὲν ὡς δι' αὐτῆς ἀντιλαμβανομένων τῶν αἰσθητῶν, τῶν δὲ δι' αὐτῆς ὑποπιπτόντων τοῖς αἰσθανομένοις, περὶ τὸ αἰσθητήριον, ἐν ᾧ τὸ πέρας τῆς ἑκάστου κατὰ τὴν σχέσιν δυνάμεως ὑπάρχον καθέστηκε, καὶ περὶ ὃ ἀλλήλοις τὰ ἄκρα διὰ τῆς μέσης σχέσεως ἑνοῦσθαι πέφυκε. Τούτων, ἤ τινος τούτων ἐρευνᾶν ἐπιχειροῦντες τοὺς λόγους, ἄτονοι παντελῶς καὶ ἄφωνοι περὶ τὸν λόγον μένομεν, οὐκ ἔχοντες ᾧ τινι τὸν

Cod. f. 190 b. νοῦν ἀκριβῶς | ἐπερεισόμεθα, πλὴν τῆς θείας δυνάμεως. Καὶ

tem, ad quae et nostra laute atque magnifice rationalis facultas ex pari numero diffunditur in mentem, et cogitationem, et intellectum, et sententiam, et reputationem, et sermonem in mente conceptum, inque prolatum et sonantem sermonem, hoc est vocem et clamorem, et rursus recolligitur, ut in quanto et quali et reliquis, quemadmodum recensuimus, huius absque ea quam doctrina et ars novit huius differentia et proprietate? Quis est qui norit eorum quae existunt rationes ut etiam existunt, quemadmodum dixi, et distant, et immobilem de natura statum habent et motionem invicem sese non turbantes, dum in motione statum, et in statu, quod maxime mireris, motionem habent? quodnam contrariorum inter se in unius mundi constitutionem sit vinculum, et ordinati et inconfusi motus et administrationis modus? qui rursum in corporibus nostris contrariorum secundum permixtionem compositio sit ac nexus, quo quae naturaliter distant in familiare contubernium coguntur, quique medietate extremitatum austeritatem mitigat, perque se invicem meare sine noxa instruit, et hanc compositorum stabilitatem instituit, extremitatum secundum mixtionem in se invicem congressionem ac reditum, et quomodo horum unumquodque sit, et quid sit, et quo ferens aut latum et ad quid perveniat, vel ferat vel feratur, non solum, ut dictum est, quibus a principio haec existunt rationibus, sed etiam quibus ad se ipsa et invicem infinitis et cogitatione et actione et dividantur et uniantur modis? atque rursus quaenam singulorum quorumque essentiae, naturae, speciei, formae, compositionis, facultatis, actionis, passionis, sit ratio? quaenam dein rursus generalis, qua extremitatibus pro singulorum fine per medietatem mutuus nexus efficitur, ratio sit, ut quod cogitat et quod cogitatur per mediam cogitationem, quae distantium circa cogitatum, amborum prolem, unitiva est affectio, ut utraque invicem iungantur et comprehendantur, neve quicquam omnino eorum quae post deum sint circumscriptione vacans ostendatur? Quemadmodum sensibilia quoque omnia et quae sentiunt, sive sensu praedita, per medium sensum, quae distantium extremitatum communis affectio est, alteris per eam sensibilia percipientibus, alteris per eam iis quae sentiunt succidentibus, circa sentiendi instrumentum, ubi singuli cuiusque secundum affectionem facultatis terminus collocatus est, et circa quod per mediam affectionem sive relationem uniuntur extremitates. Horum, vel unius alteriusve horum rationes cum investigare conamur, imbecilli plane et muti in explicatione haesitabimus, nec praeter divinam potestatem quo mentem accurate infigamus habebimus. Atque hoc, ut arbitror illud est quod dixit sanctus, mentem nostram ad pietatem exercens, ,Nec plena et accurata vel paululum conditionis

τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον, ὡς οἶμαι, τῷ ἁγίῳ, γυμνάζοντι
Idem ibid. cap. 5., p. 499. τὸν ἡμέτερον νοῦν πρὸς εὐσέβειαν, Κατὰ μικρὸν γοῦν, οὐδὲ ἡ τῆς κτίσεως ἀκριβὴς κατανόησις. Τὸ δὲ, Ἀλλὰ πολὺ πρὸ τούτων ἡ ὑπὲρ ταῦτα καὶ ἐξ ἧς ταῦτα φύσις, ἄληπτός τε καὶ ἀπερίληπτος, κατὰ κοινοῦ θετέον τῆς κτίσεως καὶ τῆς ὑπὲρ ταῦτα καὶ ἀφ' ἧςτινος ταῦτα, δηλαδὴ τὰ κτίσματα, φύσεως τὸ Ἄληπτός τε καὶ ἀπερίληπτος. Τὸ δὲ, Οὐχ ὅτι ἐστὶν, ἀλλ' ἥτις ἐστὶν, ἐπενεχθὲν προκατάληψίς ἐστιν ἀνθυποφορᾶς. Ἵνα γὰρ μὴ καταδράμῃ αὐτοῦ πρὸς ὃν ὁ λόγος, φάσκων, Οὐκοῦν εἰ ἄληπτον πάντῃ τὸ σέβας ἡμῶν, κενὸν ἄρα τὸ Χριστιανῶν κήρυγμα, κενὴ· δὲ καὶ ἡ πίστις, κατ' οὐδενὸς στηριζομένη, ταῦτά φησι προλαμβάνων τὸν ἐπηρεαστὴν λόγον ἢ ἄνθρωπον. Οὐκ ἔφην ἄληπτον εἶναι ταύτην τὴν φύσιν, περὶ ἧς ὁ λόγος, ὅτιπερ ὑπάρχει, ἀλλὰ τί ὑπάρχει, καὶ προςεπάγει πρὸς τὴν τοῦ λόγου βεβαίωσιν τὸ, Πολὺ γὰρ διαφέρει τοῦ εἶναί τι πεπεῖσθαι τὸ τίποτέ ἐστι τοῦτο εἰδέναι, τουτέστι, πολλὴ πρόςεστιν ἡ διαφορὰ τοῦ πεπεῖσθαι περί τινος ὅτιπερ ὑπάρχει πρὸς τὸ εἰδέναι τὴν ἀκριβῆ τῆς οὐσίας τούτου κατάληψιν. Μὴ οὖν, φησὶν, εὐγνωμόνως ἡμῶν εἰπόντων ἄληπτον εἶναι τὴν θείαν οὐσίαν, κακούργως τὸν λόγον μεταβιβάσῃς, εἰς τὸ δῆθεν εἰςάγειν ἡμᾶς ἄληπτον αὐτὴν, εἰς αὐτὴν τὴν ὕπαρξιν, κἀκ τούτου συνάξῃς ἀθεΐαν ἡμᾶς
Idem ibid. cap. 7., p. 500. ed. Bened. Opp. tom. I. πάντῃ πρεσβεύειν. Καὶ μετά τινά φησιν, Τί γὰρ ὑπολήψῃ τὸ θεῖον, εἴπερ ὅλως ταῖς λογικαῖς πιστεύσεις ἐφόδοις (τουτέστιν, εἰ οἴει τῷ λόγῳ περιτρέχων ἐναποκλείειν γνώσει τινὶ
Cod. f. 191 a. δύνασθαι τὸ ζητούμενον); Πότερον σῶμα | (τουτέστιν, ἆρα σῶμα); καὶ πῶς· τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον καὶ ἀσχημάτιστον καὶ ἀναφὲς καὶ ἀόρατον; ἵνα σαφηνιζόμενον νοηθῇ, οὕτως τῶν κοινῶν ἐννοιῶν κεκρατηκυιῶν, ἄπειρον εἶναι τὸ θεῖον, ὅπερ ἐστὶ πέρας μὴ ἔχειν. Τοῦτο γὰρ τοῦ τέτρασι διειλημμένου πέρασιν ἴδιον, κέντρῳ καὶ γραμμῇ, ἐπιφανείᾳ καὶ στερεῷ, προςέτι δὲ καὶ διαστήμασι τρισὶ, μήκει καὶ πλάτει καὶ βάθει, καὶ αὐτοῖς ἓξ διειλημμένοις πέρασιν, ἑκάστου δηλονότι δυσὶ περιγραφομένου, οἷον τὸ μὲν μῆκος τῷ ἄνω τε καὶ τῷ κάτω, τὸ δὲ πλάτος τῷ δεξιῷ καὶ τῷ ἀριστερῷ, τὸ δὲ βάθος τῷ ἐμπρὸς πέρατι καὶ τῷ ὀπίσω. Καὶ πάλιν, τῶν αὐτῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἀόριστον τὸν θεὸν εἰςαγουσῶν, τουτέστι μὴ ἐπιδεχόμενον διεξοδεύουσαν ἀνάπτυξιν, ἐκ τίνων συνέστηκε τὸ ὑποκείμενον, μήτε μὴν τὴν ἐν τόπῳ θέσιν, ἢ τὴν ἐν χρόνῳ ἀρχὴν ἢ τέλος, προςέτι καὶ ἀσχημάτιστον, οἷον ὅτι οὐ σφαιροειδὲς ἢ τετράγωνον ἢ ὄρθιον ἢ κάτω νενευκὸς, ναὶ μὴν καὶ ἀναφὲς καὶ ἀόρατον, ὡς αἰσθήσει μὴ ὑποπίπτον (ταῦτα γὰρ σωμάτων ἴδια), παράλογον ἐκ τῶν ἀνασκευασθέντων ὑπειληφέναι τὸ θεῖον εἶναι σῶμα καὶ ἀνάγκην ἔχειν εἰς τοσαῦτα μερίζεσθαι εἰς ὅσα πάλιν ὡς σῶμα συνάγεται. Ἀμερὲς γὰρ πάντῃ τὸ θεῖόν ἐστιν, ὅτι καὶ παντελῶς ἄποσον, ἄποσον δὲ παντελῶς, ὅτι καὶ παντελῶς ἄποιον, ἄποιον δὲ παντελῶς,

perceptio.' Quod vero ad illud attinet, ,Sed multo magis natura illa his sublimior, et ex qua haec originem traxerunt, imperceptibilis atque incomprehensibilis' illud, ,Imperceptibilis et incomprehensibilis', in commune est de conditione et natura his sublimiore, et ex qua haec originem traxerunt, est condita, sumendum. Illud vero quod addit, ,Non quod est, sed quae', est anticipatio subiectionis. Ne enim offendat ad quem eius est sermo, dicens, Itaque si inperceptibilis est quod colimus ac veneramur, vanum igitur Christianorum praedicatio, vana etiam fides ac nusquam stabilita, haec profert ut praevertat obtrectatorem sive sermonem sive hominem. Non statuit inperceptibile esse quod sit haec de qua sermo natura, sed quid sit, et ad stabiliendam suam sententiam addit insuper, ,Multum enim differt persuasum habere quod aliquid est et nosse quidnam hoc sit', id est multum differt de re aliqua quod sit persuasum habere et certam et accuratam essentiae eius notionem tenere. Noli igitur, inquit, cum nos ex bona fide percipi divinam essentiam posse negemus, sermonem maligne in ipsam substantiam torquere, tanquam eam videlicet inperceptibilem esse statuamus, neu inde nos deum negandum praedicare concludas. Et paulo post subicit, Quid enim esse censes deum, si quidem rationalibus plane instrumentis fidem habebis (hoc est si sermone circumveniens quod quaeritur posse in aliqua cognitione includi putas)? ,Corpusne (hoc est Num corpus)? Et quonam ergo modo qui infinitus et interminatus et infiguratus, qui denique nec tangi nec oculis cerni potest'? ut hoc modo demonstratum intellegatur, quod communes adeo notiones evincunt, infinitum esse deum, quod est terminum non habere. Hoc enim peculiare est eius quod quattuor distinctum est terminis, puncto et linea, superficie et solido, praeterea tribus quoque distantiis, longitudine et latitudine et altitudine, quae ipsae iterum sex terminis discernuntur, quorum unusquisque videlicet duobus definitur, ut longitudo superiore et inferiore, latitudo dextero et laevo, altitudo anteriori termino et posteriori. Atque iterum, cum eaedem communes notiones indefinitum deum esse insinuent, hoc est non capere plenam ex quibusnam constet subiectum explicationem, nec magis admittere in loco collocationem, aut intra tempus initium vel finem, insuper etiam infiguratum, ut qui non globosus est aut quadrangulus aut erectus aut deorsum vergens, quin eum etiam tactum et visum fugere, cum sensui non subiaceat (haec enim corporum sunt propria), absurdum est ex eis quae evertimus divinum corpus esse, atque in tot necesse habere dividi in quot rursum, ut corpus, contrahatur, collegisse. Individuus enim plane est deus, quia et plane quantitatis expers; quantitatis autem plane expers, quia et

ὅτι καὶ πάντῃ ἁπλοῦν, ἁπλοῦν δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ ἀδιάστατον πάντῃ, ἀδιάστατον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ πάντῃ ἄπειρον, ἄπειρον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ πάντῃ ἀκίνητον (οὐ κινεῖται γὰρ πάντῃ πώποτε τὸ μὴ ἔχον ποῦ κινηθῆναι), ἀκίνητον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ
Cod. f. 191 b. παντελῶς ἄναρχον | (οὐ γὰρ ἔχει τι πρὸ αὐτοῦ καὶ μεῖζον, οὔτε τι σὺν αὐτῷ καὶ ἶσον, οὔτε τι μετ' αὐτὸ, καὶ παραμετρεῖσθαι καὶ χωρεῖν αὐτὸ δυνάμενον), ἄναρχον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ ἀγέννητον πάντῃ, ἀγέννητον δὲ πάντῃ, ὅτι καὶ παντελῶς ἓν καὶ μονώτατον, ἓν δὲ πάντῃ καὶ μονώτατον, ὅτι καὶ παντελῶς ἄσχετον, καὶ διὰ τοῦτο παντάπασιν ἄῤῥητόν τε καὶ ἄγνωστον, καὶ πάσης τῆς τῶν ἐπ' αὐτὸ καλῶς τε καὶ θεοπρεπῶς κινουμένων γνώσεως πέρας μονώτατον, καὶ μονωτάτην γνῶσιν ἔχον ἀληθῆ τὸ μὴ γινώσκεσθαι.

Idem ibid. cap. 10., p. 502. Opp. edit. Bened. tom. I.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Εἰ γὰρ τὸ μὴ ὂν οὐδαμοῦ, τὸ μηδαμοῦ τυχὸν οὐδὲ ὂν, εἰ δὲ ἔστι που, πάντως, ἐπείπερ ἔστιν, ἢ ἐν τῷ παντὶ, ἢ ὑπὲρ τὸ πᾶν.

Δι' ἣν αἰτίαν, ἴσως ὁ ἀκούων ἐρεῖ, τὴν ἀντιστροφὴν ἀμφίβολον ὁ διδάσκαλος ἔθετο, προςθεὶς τὸ τυχὸν ἐπίῤῥημα, πᾶσι δήλου ὄντος, κατὰ τὰς λογικὰς ὑποθέσεις, τοῦ, τὸ μηδαμοῦ ὂν μηδὲ εἶναι, δικαίως παντάπασιν ὁμολογεῖσθαι. Πρὸς ὃν κατὰ τὸ τῆς πτωχῆς ἡμῶν διανοίας ἐπιδεὲς ἐροῦμεν, ὅτι Εὐνόμιον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, λέγοντας εἰδέναι τὸν θεὸν ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν, τῆς πολλῆς ἐπισχεῖν μανίας βουλόμενος εἰς ἄτοπον δόξαν διὰ τῶν τοιούτων ἀπήγαγε λόγων. Ἢ γὰρ λέγοντας εἰδέναι τὸν θεὸν ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ τὸ ποῦ χρὴ τὸν γινωσκόμενον εἶναι προσεπάγειν αὐτοὺς πάντως ἀνάγκη, πρὸς τελείαν τοῦ [1] γινωσκομένου κατάληψιν, καὶ οὐδὲν οὐδενὸς τῶν ὄντων τὸ παράπαν οὕτωγε διενήνοχε κατ' αὐτοὺς ὁ θεὸς, τόπῳ καὶ αὐτὸς περιγραφόμενος, οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον; ἢ μὴ λέγοντας ποῦ, ἢ μηδὲ εἶναι τὸ σύνολον λέγειν, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ λόγου ὑπόθεσιν, οὗ τί
Cod. f. 192 a. γένοιτ' ἂν ἀθεώτερον; (πῶς γὰρ καὶ | τί ἂν εἴη τὸ μὴ πάντως ποῦ τὸ εἶναι ἔχον;) ἢ πάντως εἶναι ἐξ ἀνάγκης αὐτοὺς ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου λέγειν βιάζεται καὶ μηδαμοῦ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο εἶναι μὲν καὶ ὑπάρχειν τὸ θεῖον, τί δὲ εἶναι καὶ ὑπάρχειν μὴ εἰδέναι. Εἰ γὰρ τὸ ποῦ τὸ θεῖον εἶναι κατ' αὐτοὺς ἄγνωστον, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸ τὸ θεῖον, ὅτι ποτὲ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ἀγνωστότερον ἔσται. Διὸ μηδέ που εἶναι τὸ μὴ γινωσκόμενον εὐσεβοῦντας αὐτοὺς ἀνάγκη πάντως ὁμολογεῖν. Διὰ ταύτην, ὡς οἶμαι, τὴν αἰτίαν συμπεριφερόμενος μὲν τοῖς περὶ Εὐνόμιον ἀμφέβαλε τὴν ἀντιστροφὴν ὁ διδάσκαλος, τὸ Τυχὸν ἐπίῤῥημα θέμενος, καὶ ἡμῖν καταλιμπάνων

1. Eadem manus in cod. Gud. marg. rubro adscripsit σημαινομένου.

qualitatis plane expers; qualitatis autem plane expers, quia et omnino simplex; simplex autem plane, quod omnino non distat; distat autem omnino quod prorsus infinitus est; infinitus autem est prorsus, quod et prorsus immobilis (nequaquam enim movetur quod non habet ubi moveatur); immobilis autem plane, quod et initio omnino caret (nihil enim ante se habet seu maius, nihil cum se ipso seu aequale, nihil post se, quodve conferri aut capere ipsum possit); initio autem omnino caret, quod et ingenitus est plane, ingenitus autem plane, quod et omnino unus et solus; unus autem omnino et solus, quod et omnino caret affectione et relatione, et ob hoc penitus ineffabilis et incognitus, omnisque eorum qui probe et deo convenienter ad eum promoventur cognitionis finis unicus, et unicam cognitionem veram habens eam quod non possit cognosci.

Ex eodem sermone in illud, ,Nam si id quod non est nusquam est, ne est quidem fortasse. Quod si alicubi esse dixeris, proculdubio, quandoquidem est, vel in universo est, vel supra universum.'

Qua de causa, audiens fortasse inquiet, inversionem ancipitem magister posuit, addito ,fortasse' adverbio? cum de rationalibus suppositionibus nemo non dubitet quin iure omnino concedatur id non esse quod nusquam sit. Cui pro exilis nostrae intellegentiae indigentia respondebimus, quod Eunomii eiusque discipulorum, qui deum ut ipse se ipsum nosse iactarent, insaniam coërcere studens propter tales sermones in placitum absurdum redegit. Aut enim, cum deum tanquam ipse se ipsum nosse dicunt necessarium plane habent, ut etiam ubi sit quem norint ipsi adiciant, in plenam cogniti comprehensionem, et ita nihil omnino ab existentium ullo secundum ipsos deus differt, ipse loco circumscriptus, quo nihil absurdius foret: aut, si eum nusquam vel prorsus non existere statuunt, secundum ipsius rationis suppositionem, quid foret magis impium? (quomodo enim comparatum et quid esset quod omnino alicubi esse non haberet?) aut plane necessario esse eum rationis consequentia statuere illos cogit, et nusquam esse, perque hoc esse quidem et existere deum, quid autem sit et existat se non nosse. Si enim ubinam sit deus ignorari statuunt, multo magis ipsum numen divinum quidnam secundum essentiam sit, ignorabitur. Quare si religiose et pie agere volunt, quod ignoratur nec usquam esse omnino consentire debebunt. De hac, ut arbitror, causa Eunomianis morigerans inversione eos induit magister, adverbio ,fortasse' posito, nobisque considerandum reliquit, quod nequaquam id quod nusquam existat omnino existere neget?

νοεῖν ὅπερ οὐ πάντως τὸ μηδαμοῦ τὸ μηδαμῇ μηδαμῶς ὂν εἰςάγει. Θεὸν γάρ ἡμεῖς εἶναί φαμεν, καὶ μηδαμοῦ τυγχάνειν, τῷ μὴ ὡς ἐν τόπῳ οὐσιωδῶς κατὰ τὴν ὕπαρξιν περιγράφεσθαι, καὶ πάντως εἶναι, τῷ μὴ δεῖσθαι παντελῶς τοῦ παντὸς τῶν ὄντων πρὸς τὸ εἶναι, ὧν χωρὶς καὶ ἦν καὶ ἔστι, καὶ ἀεὶ εἶναι δυνήσεται, μᾶλλον δὲ ἔστιν ἀεί. Οὐ γάρ θέσιν ἔχει τὰ ὄντα ὃ καὶ πρὶν εἶναι τὰ ὄντα ὑπάρχων. Εἰ γάρ παρ᾽ ἡμῖν οὐκ ἐν τοῖς τεχνητοῖς πάντως τὸ εἶναι κατὰ τὴν ὕπαρξιν ὑποστατικῶς ἔχουσιν οἱ τεχνῖται περιγεγραμμένον τὸ φθειρόμενον τοῦτο πρᾶγμα, καὶ ἀληθέστερον κυρίως εἰπεῖν μηδέποτε ὄν, τί ἄν τις φαίη περὶ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀγνώστου καὶ ἀχωρήτου πᾶσιν ὁμοίως καὶ ἀεὶ ὡςαύτως ἐχούσης δυνάμεως.

Idem ibid. cap. 19., p. 510. tom. I. Opp. edit. Bened. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Εἴ τε φαντασία τις ἦν ἡμερινή, εἴτε νυκτὸς ἀψευδὴς ὄψις, εἴτε τοῦ ἡγεμονικοῦ τύπωσις, συγγινομένου τοῖς μέλλουσιν ὡς παροῦσιν.

Ἄκρως καθαρθεὶς τῶν οἷς μολύνεσθαι πέφυκε τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ὁ μακάριος οὗτος πατὴρ διὰ τῆς πρακτικῆς Cod. f. 192 b. φιλοσοφίας, | καὶ τὸν νοῦν δι᾽ ὅλου ποιωθεὶς τῷ ἁγίῳ πνεύματι ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν θείων θεωρημάτων, διὰ τῆς ἀληθοῦς κατὰ τὴν γνῶσιν μυσταγωγίας, οἷα δὴ τὰ ἴσα τοῖς ἁγίοις προφήταις παθών, τὰ εἴδη τῆς προφητείας ἐν τούτοις ἡμῖν ἀπηρίθμησεν. Οἷς εἴπερ τὸ δεῖν ὅλως τολμᾶν οὕτω μεγαλοφυῶς τε καὶ ἐνθεαστικῶς εἰρημένοις, καὶ πάντων τῶν μὴ τοιούτων οἷος αὐτὸς ἦν ὁ διδάσκαλος τὴν δύναμιν ὑπερβαίνουσιν, ἐπιβάλλειν οἰόμεθα χρήσιμον, στοχαστικῶς, ἀλλ᾽ οὐκ ἀποφαντικῶς τοῦτο ποιητέον. Οἶμαι τοίνυν στοχαστικῶς εἰπεῖν κατὰ τὴν ἐμὴν ἀμβλυωπίαν, φαντασίαν ἡμερινὴν αὐτὸν εἰρηκέναι τὴν τῶν ἀπροςώπως τοῖς ἁγίοις ὡς δι᾽ αἰσθήσεως ἀκουομένων πνευματικῶς καὶ φαινομένων λόγων καὶ πραγμάτων ὄψιν τε καὶ ἐνήχησιν. Οὐ γάρ δὴ λέγειν θέμις ἐπὶ τῶν θείων τὸ [1] θαυμαστὸν πάντως δεῖν παρεῖναι πρὸς διατύπωσιν τῆς φαντασίας, ἀλλὰ παραδόξως τε καὶ ὑπερφυῶς καὶ μὴ παρόντος προσώπου καὶ φωνῶν αἰσθητῶν μὴ κτυπουμένων δι᾽ ἀέρος τὴν φαντασίαν ἐνεργεῖν, ὥστε ἀληθῶς ἀκούειν καὶ ὁρᾶν τὸν τὰ θεῖα μυσταγωγούμενον. Ἐπειδὴ γάρ πᾶσα φαντασία ἢ τῶν παρόντων, ἢ τῶν παρελθόντων· τῶν δὲ μήπω γενομένων παντάπασίν ἐστιν οὐδαμῶς. Σχέσις γάρ ἐστι τοῖς ἄκροις δι᾽ ἑαυτῆς μεσιτεύουσα. Ἄκρα δέ φημι τό τε φανταστικόν, καὶ τὸ φανταστόν, ἐξ ὧν διὰ μέσης τῆς φαντασίας, σχέσεως οὔσης τῶν ἄκρων, τὸ φάντασμα γίνεται, πέρας ὑπάρχον ἐνεργείας καὶ πάθους, ἐνεργείας μὲν τοῦ φανταστικοῦ,

---

1. Recentior manus voci θαυμαστὸν superscripsit in Gud. libro φαντ, quo φανταστὸν emendandum esse significaret. Quod magis placet.

Deum enim nos esse dicimus, et nusquam esse, quia non, quasi in loco, essentialiter secundum substantiam circumscribitur, et esse omnino, quia tota universitate eorum quae sunt plane non eget ad suam existentiam, sine quibus et erat, et est, et semper esse poterit, vel potius semper est. Haud enim pro positione utitur eis quae sunt qui vel ante fuit quam ipsa quae sunt. Nam si penes nos in suis artificiis substantialem existentiam artifices plane non habent circumscriptam, rem interituram istam, et quae verius nunquam esse diceretur, quid, quaeso, de ineffabili et incognita et omnibus pariter inperceptibili ac semper eadem potestate dixeris?

Ex eodem sermone, in illud, ,Sive diurnum quoddam erat spectrum, sive minime fallax noctis visio, sive praevia quaedam mentis impressio, futura tanquam praesentia exhibens.

Beatus hic pater iis quibus hominum natura conspurcatur per activam, quae dicitur, philosophiam penitus purgatus, ac mente a sancto spiritu divinarum contemplationum propositis ex toto praeparatus, per veram cognitionis initiationem, quippe eadem atque sancti prophetae passus, prophetiae species in his nobis enumeravit. Quae tam magnifice atque divine pronuntiata, et omnium qui non tales qualis ipse magister fuit facultatem superantia, suscipere interpretanda audere saltem nos debere postquam utile visum est, coniecturaliter hoc, non enuntiative erit faciendum. Arbitror igitur, ut quid suspicer pro hebete meo et obtunso ingenio edicam, ,diurnum spectrum' eum dixisse visionem et sonitum sanctis viris tanquam per sensum spiritualiter auditum ac visum rerum ac verborum. De divinis enim non fas est statuere miraculum vere adesse oportere ad imaginem imprimendam, sed miro quodam et insolito modo, nec spectro ullo praesente, nec vocibus sensibilibus per auram sonantibus, imaginem efficere, quam rebus divinis initiatus revera et audiat et videat. Siquidem omnis imaginatio aut praesentium est, aut praeteritorum; futurorum autem nunquam est. Est enim affectio extremitatum in medio collocata. Extremitates autem dico id quod imaginatur et quod imagine apparet, ex quibus per mediam imaginationem, quae extremitatum affectio et relatio est, imago nascitur, actionis et passionis terminus, actionis quidem eius quod imaginatur, et passionis eius quod imagine apparet, extremitatibus per mediam imaginationem, id est relationem et affectionem circa ipsam imaginem, cohaerentibus. Quaecunque enim secundum quidpiam altera petunt, agere dicuntur, quaecunque autem secundum quidpiam alteris succidunt, pati. Itaque quae petunt, natu-

παθοῦς δὲ τοῦ φανταστοῦ, τῶν διὰ μέσης τῆς φαντασίας, Cod. f. 193 a. σχέσεως αὐτῶν ὑπαρχούσης περὶ αὐτὸ, ἀλλήλοις | συναπτομένων ἄκρων. Πάντα γὰρ τὰ κατά τί τινων ἀντιλαμβανόμενα ἐνεργεῖν λέγεται, πάντα δὲ κατά τι ἄλλοις ὑποπίπτοντα πάσχειν. Τὰ οὖν καταλαμβάνοντα φυσικῶς ἐνεργοῦσι, τὰ δὲ καταλαμβανόμενα φυσικῶς πάσχουσι, πέρας ἔχοντα πάθους καὶ ἐνεργείας τὴν πρὸς ἄλληλα κατὰ τὸ μέσον συνάφειαν. Διὰ τοῦτο δεῖν ἐπὶ τῶν θείων τὸ φανταστὸν οἴεσθαι μὴ παρεῖναι νομίζω πρόςφορον, ἐπεὶ οὐκ ἔτι μέλλει παρεῖναι τὸ καθ᾽ ὑπόστασιν ἰδίαν πραγματειωδῶς ἤδη παρὸν, καὶ ἅμα μηδὲ θεῖον εἶναι πιστεύεται, τῆς κατὰ φύσιν ἀκολουθίας πλέον ἔχον οὐδέν. Εἰ γὰρ ἡμεῖς καθ᾽ ὕπνον νύκτωρ φανταζόμενοι καὶ ὁρῶμεν καὶ ἀκούομεν, πολλάκις μηδενὸς ὄντος τοῦ λαλοῦντος ἢ ὁρωμένου, πολλῷ μᾶλλον γρηγοροῦντες ἀληθῶς οἱ ἅγιοι πείσονται τοῦτο, τοῦ θεοῦ ἐνεργοῦντος αὐτοῖς γρηγοροῦσι κατὰ παράδοξον χάριν, ὅπερ ἡμεῖς πάσχειν νόμῳ φύσεως κατὰ τὸν ὕπνον εἰώθαμεν. Ἀψευδῆ δὲ νυκτὸς ὄψιν αὐτὸν ὑπολαμβάνω λέγειν ἢ τὴν ἐν τοῖς ὕπνοις κατὰ ψυχὴν ἀκριβῆ γινομένην τῶν μελλόντων πραγμάτων κατάληψιν, ὡς ἐπ᾽ Ἰωσὴφ καὶ Δανιὴλ, ἢ ὀπτασίαν τινὰ θείων πραγμάτων διὰ τὴν ἐκ πολλῆς καθαρότητος ἄκραν ἀπάθειαν καὶ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ἁγίων ὑποπίπτουσαν. Τὴν δὲ τοῦ ἡγεμονικοῦ τύπωσιν οἶμαι κατ᾽ ἔμφασιν αὐτὸν λέγειν τοὺς μονοτρόπως, ὡς ἐν εἰκόνι, κατὰ τὴν ἁπλῆν καὶ ἀδιάστατον τοῦ νοεροῦ προςβολὴν τοῖς ἁγίοις προςφαινομένους τῶν μελλόντων τύπους. Κἀγὼ μὲν ταῦτα στοχαστικῶς περὶ τούτων θαῤῥήσας εἶπον, τῆς κατ᾽ αὐτὰ πείρας τὴν χάριν οὐκ εἰληφὼς, | Cod. f. 193 b. διὰ τὴν τοῦ ἐπιτάξαντος κέλευσιν. Εἰ δέ τις τῶν εἰληφότων τὴν χάριν τούτοις ἐντύχοι, μή με τῆς προπετείας μέμφαιτο, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς εὐπειθείας ἀποδείξαιτο, κἂν οὐδεμίαν ἐμφαντικὴν δύναμιν τοῦ σκοποῦ τῶν προτεθέντων ὁ παρὼν ἔχῃ λόγος.

Idem ibid. cap. 20., p. 510. tom. I. Opp. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Παύλῳ δὲ εἰ μὲν ἔκφορα ἦν ἃ παρέσχεν ὁ τρίτος οὐρανὸς, καὶ ἡ μέχρις ἐκείνου πρόοδος, ἢ ἀνάβασις, ἢ ἀνάληψις.

Φασὶν οἱ τοῖς θείοις σοφῶς ἐμμελετήσαντες λόγοις τῶν ὀνομάτων κατὰ περίληψιν τὰ μὲν οὐσίας εἶναι, τὰ δὲ σχέσεως, τὰ δὲ χάριτος ἢ ἀπωλείας. Οἷον οὐσίας μὲν, ὡς ὅταν λέγωσιν ἄνθρωπος· σχέσεως δὲ, ὡς ὅταν λέγωσιν ἀγαθὸς, ἢ ἅγιος, ἢ σοφὸς ἄνθρωπος, ἢ τὸ ἐναντίον πονηρὸς ἄνθρωπος, ἢ ἄφρων, ἢ ἀκάθαρτος· (τὸ γὰρ πρός τί πως ἔχειν τῶν ἐκ διαμέτρου τοῖς ἐναντίοις διειλημμένων ἕκαστον ἡ σχέσις παριστῶσα δικαίως ἐξ ὧν ἔχει τὴν προαιρετικὴν ἕξιν ἐνδιάθετον προςαγορεύει) χάριτος δὲ, ὅταν θεὸς ὁ ἄνθρωπος τοῖς λόγοις ὀνομάζηται, ὁ διὰ πάντων ὑπήκοος θεῷ γενόμενος ἄνθρωπος,

raliter agunt, quae petuntur naturaliter patiuntur, cum passionis et actionis terminum habeant mutuam inter se per medium cohaerentiam. Quare de divinis quod imagine apparet non adesse statuere consentaneum videtur, quando id non iam adfuturum est quod secundum propriam substantiam ad rei instar iam adest, neque divinum simul esse creditur, cum naturalem consequentiam nihil superet. Nam si nos noctu per somnum imaginando et videmus et audimus, nemine saepenumero praesente qui loquatur aut videatur, multo magis vigilantes revera sancti hoc patientur, deo in eis agitante mira quadam gratia vigilantibus, quod nos naturae lege per somnum pati consuevimus. ‚Non fallacem‘ autem ‚noctis visionem‘ eum suspicor dicere aut rerum futurarum in somnis certam atque accuratam comprehensionem, ut Iosepho et Danieli accidit, aut rerum divinarum visionem quandam, cuiusmodi de perfecta, quae ex summa puritatis et innocentiae plenitudine nascitur impassibilitate, vel carneis sanctorum oculis obveniat. ‚Principalis‘ autem, id est mentis, ‚praeviam impressionem‘ dicentem suspicor eum significare futurorum simulacra, sanctis singulari quodam modo per simplicem quandam nulloque intervallo distantem intellectus applicationem apparentia. Atque ego quidem haec de istis coniecturaliter dicere audebam, qui experiundi eiusmodi gratiam nactus non sim, eius quidem iusso qui id mihi negotii iniunxit. Sed si quis eorum qui gratiam nacti sunt hanc qualemcunque meam scriptionem legerit, rogo, ne me petulantiae criminari, sed magis oboedientiam probare velit, etiamsi ista disputatio eorum quae proposita erant summam et cardinem demonstrandi vim habebat nullam.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Quod si Paulo ea quae tertium caelum, atque ad illud usque progressio, vel ascensio, vel assumptio, exhibuit, evulgare licuisset.‘

Qui in divinis sapienter sermonibus versati sunt vocabulorum, si comprehendere volumus, partem substantiae esse, partem affectionis, partim gratiae aut perniciei. Quale est, substantiae quidem, ut cum dicunt ‚homo‘; affectionis vero, ut cum dicunt ‚bonus‘, vel ‚sanctus‘, vel ‚sapiens homo‘, aut contrarium huic ‚malus homo‘, vel ‚insipiens‘ vel ‚impurus‘ (ad aliquid enim aliquomodo se habere eorum quae contrariis directe distant unumquodque affectio sive relatio repraesentans iure ex quibus voluntatis habitum habet intus conceptum appellat), gratiae vero, cum homo deus in sermonibus appellatur, homo per omnia deo oboediens factus, secundum illud, ‚Ego dixi, dei estote, nec natura nec affectione deum esse

Ioann. 10, 34. κατὰ τὸ, Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, οὔτε κατὰ φύσιν οὔτε κατὰ σχέσιν ἔχων τὸ εἶναι ἢ καλεῖσθαι θεὸς, ἀλλὰ κατὰ θέσιν καὶ χάριν γενόμενός τε καὶ ὀνομαζόμενος· ἡ γὰρ χάρις τῆς θέσεως ἄσχετός ἐστι παντάπασιν, οὐκ ἔχουσα τὴν οἱανοῦν δεκτικὴν ἑαυτῆς ἐν τῇ φύσει δύναμιν, ἐπεὶ οὐκ ἔτι χάρις ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς κατὰ τὴν φυσικὴν δύναμιν ἐνεργείας φανέρωσις. Καὶ οὕτω γε πάλιν οὐκ ἔσται παράδοξον τὸ γινόμενον, εἰ κατὰ δεκτικὴν φύσεως δύναμιν ἡ θέωσις ἦν. Φύσεως γὰρ ἂν εἰκότως ἔργον, ἀλλ᾽ οὐ θεοῦ δῶρον ἡ θέωσις

Cod. f. 194 a. ἔσται, καὶ δυνήσεται καὶ | φύσει θεὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι καὶ κυρίως προσαγορεύεσθαι. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο καθέστηκεν ἡ κατὰ φύσιν τῶν ὄντων ἑκάστου δύναμις ἢ φύσεως πρὸς ἐνέργειαν ἀπαράβατος κίνησις. Πῶς δὲ καὶ ἐξίστησιν ἑαυτοῦ τὸν θεούμενον ἡ θέωσις, εἰ τοῖς ὅροις τῆς φύσεως αὐτὴ περιείληπτο, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἀπώλειαν καὶ ᾄδην, καὶ υἱοὺς ἀπωλείας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσι τοὺς τὸ μὴ ὂν κατὰ διάθεσιν ἑαυτοῖς ὑποστήσαντας, καὶ τοῖς τρόποις [2] αὐτῷ διὰ πάντων γενομένους παρεμφερεῖς. Οἶμαι τοίνυν τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ μέγαν διδάσκαλον ἐπὶ νοῦν τὰ προειρημένα λαβόντα τὴν ἐν τούτοις ἁρπαγὴν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου διασκευάσαι, προσφυῶς ἑκάστῳ τὴν ἁρμόζουσαν φωνὴν ἀπονείμαντα. Διὸ πρόοδον μὲν αὐτὸν ὑπονοῶ λέγειν τὴν ἔξω τῆς φυσικῆς ἀνάγκης τὸν ἅγιον ἀπόστολον καταστήσασαν τῆς ἀρετῆς κατὰ τὴν ἕξιν ἀπάθειαν, καθ᾽ ἣν οὐδεμίαν εἵλετο πρὸς τὴν φύσιν ἔχειν προαιρέσεως σχέσιν, ὡς καὶ αὐτῆς τῆς κατ᾽ αἴσθησιν φυσικῆς ἐνεργείας ἔξω γενόμενον, μᾶλλον δὲ καὶ ταύτην πρὸς πνευματικὴν ἕξιν μεταβαλόντα· ἀνάβασιν δὲ τήν τε τῶν αἰσθητῶν πάντων ἀπόλειψιν, οὐκ ἔτι ἐνεργούντων ἢ ἐνεργουμένων παρ᾽ αὐτῷ κατὰ τὴν αἴσθησιν, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ κατὰ φύσιν ἐν πνεύματι γνωστικῆς θεωρίας ὑπέρβασιν· ἀνάληψις δὲ τὴν ἐν τῷ θεῷ γενομένην αὐτῷ μετὰ ταῦτα μονήν τε καὶ ἵδρυσιν, ἣν προσφόρως ἀνάληψιν ὁ διδάσκαλος εἶπεν, ὡς παθόντα μᾶλλον ἢ δράσαντα τὸν ἀπόστολον τὴν ἀνάληψιν ἐνδεικνύμενος. Ἡ ἀνάληψις γὰρ πάθος

Cod. f. 194 b. ἐστὶ τοῦ ἀναλαμβανομένου, | ἐνέργεια δὲ τοῦ ἀναλαμβάνοντος. Ὧν τοιγαροῦν φυσικῶν τε καὶ σχετικῶν ὀνομάτων ὑπῆρχε κύριος ὁ ἀπόστολος, κατά τε φύσιν καὶ σχέσιν ὑπερέβη τὴν κλῆσιν, ὑπὲρ φύσιν καὶ ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἀνθρωπίνην γενόμενος. Οὗ δὲ μᾶλλον ἀπείρως ἀπέδει θείου ὀνόματος, τούτου κατὰ χάριν μετέσχε τῆς κλήσεως, θεὸς ἀντὶ παντὸς ἄλλου προσόντος ὀνόματος φυσικοῦ τε καὶ σχετικοῦ τῇ ἀναλήψει καὶ γενόμενος καὶ καλούμενος. Ἢ καὶ πάλιν οὕτω. Πρόοδος μέν ἐστιν ἡ παντελὴς κατ᾽ ἀρετὴν τῆς φύσεως ἄρνησις, ἀνάβασις δὲ ἡ τῶν ἐν οἷς ἐστιν ἡ φύσις ὑπέρβασις, λέγω δὲ τόπον καὶ χρόνον, ἐν οἷς ἡ τῶν ὄντων ἐστὶν ὑπό-

2. αὐτὸ cod. Gud.

aut appellari habens, sed positione et gratia factus et appellatus; positionis enim gratia affectione omnino caret, nec habet qualemcunque sui capacem in natura potestatem, cum non amplius gratia sit, sed virtutis naturali facultate agentis et efficientis manifestatio. Atque sic rursum quod fit haud mirum erit, si per capacem naturae facultatem deificatio foret. Naturae enim probabiliter opus, at non dei donum deificatio esset, et talis etiam natura deus fieri appellarique proprie posset. Nihil enim aliud est naturalis rerum quae existunt cuiusque facultas quam naturae ad agendum perpetua motio. Quomodo autem deificatio eum qui deificatur a se ipso alienet, si ea naturae finibus comprehensa erat, hoc intellegere non possum. Aeque vero etiam ex contrario perniciem et infernum, et perniciei filios, et similia appellant eos qui quod non est secundum affectionem sibi repraesentant, moribusque ei per omnia facti sunt suppares. Arbitror igitur hunc sanctum et magnum magistrum cum in ea quae supra dixi animum intendisset commemoratum illic sancti apostoli raptum exornasse, apte suam cuique vocem et consentaneam distribuendo. Quare ‚progressionem' quidem eum dicere suspicor virtutis secundum habitum impassibilitatem quae sanctum apostolum extra naturalem necessitatem constituat, qua nullam voluntatis ad naturam relationem habere voluit, cum extra ipsam quoque naturalem secundum sensum actionem constitutus esset, immo potius hanc quoque in spiritualem habitum convertisset: ‚ascensionem' vero omnium sensibilium derelictionem, quae non amplius agerent aut agerentur in eo secundum sensum, et naturalis in spiritu circa ea gnosticae contemplationis transgressionem: ‚assumptionem' vero in deo quae posthac fieret mansionem et aedificationem, quam magister idoneo sane vocabulo ‚assumptionem' vocavit, quo passum magis esse quam egisse assumptionem apostolum significaret. Assumptio enim passio est eius qui assumitur, actio autem eius qui assumit. Quorum igitur naturalium et relativorum nominum dominus erat apostolus, secundum naturam et affectionem transgressus est appellationem, cum naturam et virtutem et cognitionem humanam superasset. Quo autem magis carebat infinite divino nomine, huius per gratiam participavit vocationem, cum deus prae omni cetero, quod adhaerebat, nomine et naturali et relativo factus esset assumptione et vocaretur. Aut etiam rursus ita. ‚Progressio' quidem est plena secundum virtutem naturae renuntiatio, ‚ascensio' vero est eorum in quibus natura est transgressio, locum inquam et tempus, in quibus rerum quae sunt substantia constat, ‚assumptio' vero ad eum est, ex quo cuncta et per quem et in quem, tanquam ad finem rerum omnium per gratiam restitutio. Et aliter dicam: ‚Progressio' per

στασις, ἀνάληψις δὲ ἡ πρὸς τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' οὗ καὶ εἰς ὅν, ὡς πρὸς πέρας τῶν ὅλων κατὰ χάριν ἀποκατάστασις. Καὶ ἄλλως δὲ φάναι, πρόοδός ἐστιν ἡ διὰ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας ὡς διδασκάλου τοῦ ἀποστόλου τῶν αὐτοῦ μαθητῶν εἰς ἀρετὴν προκαθήγησις· δεῖ γὰρ ἐν παντὶ προπορεύεσθαι τῶν μαθητῶν τὸν διδάσκαλον, πρὸς τὴν τῶν καθηκόντων ἐνέργειαν· ἀνάβασις δὲ ἡ διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας ἐπιστημονικὴ τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων περίληψις, ἀνάληψις δὲ ἡ εὐσεβὴς τῆς ἀληθοῦς καὶ θεολογικῆς σοφίας ἄῤῥητος μύησις. Τρίτον δὲ οὐρανὸν κατὰ στοχασμὸν εἶναι νομίζω τοὺς περιγράφοντας ὅρους τῆς τε πρακτικῆς φιλοσοφίας καὶ τῆς φυσικῆς θεωρίας, καὶ τῆς θεολογικῆς μυσταγωγίας τοὺς ὑψηλοτάτους λόγους, ἤτοι τὰ τούτων πέρατα, ἐπειδὴ μέτρον ἐστί τι καὶ καταλήψεως ἀρετῆς καὶ φύσεως καὶ τῆς ἐπ' ἀμφοῖν
Cod. f. 195 a. θεολογίας, ἀναλόγως κατὰ φύσιν ἑκάστῳ | τῶν ὄντων παρὰ θεοῦ προσηρμοσμένον, ἐν οἷς ὅροις καὶ πέρασιν ὁ μακάριος ἀπόστολος τοὺς τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἐφικτὸν παρελθὼν λόγους ἐγένετο. Εἰ γὰρ περιγραφὴ τῶν ἐντὸς διειλημμένων κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ οὐρανὸς, καὶ ὅρος πάντων τῶν ὑπὸ αἴσθησιν, δηλονότι κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον καὶ πᾶσα περιγράφουσα τοὺς περίτιμος ἀρετῆς ἢ γνώσεως λόγους λῆξις, ὡς ὅρος τῶν ὁριζομένων, καὶ πέρας τῶν περιγεγραμμένων, τροπικῶς οὐρανὸς ὀνομάζεται. Ἢ πάλιν τρίτον οὐρανὸν εἶναι τυχόν φησιν ἡ γραφὴ τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς πρὸς τὸ ἄνω καθ' εἱρμὸν τρεῖς τῶν ἁγίων ἀγγέλων τάξεις, ἅςπερ ἔφθασεν ἴσως ὁ ἅγιος Παῦλος, ταῖς τῶν κατ' αὐτὸν γνώσεων ἀποφάσεσι τῶν κατ' ἐκείνους τὰς καταφάσεις μυούμενος, καὶ ταῖς καθ' ὑπεροχὴν τῶν οἰκείων στερήσεσι τὰς ἐκείνων ἕξεις μιμούμενος. Πᾶσα γὰρ φύσις τῶν λογικῶν κατὰ τὴν ἑαυτῆς τάξιν καὶ δύναμιν τῆς ὑπὲρ αὐτὴν οὐσίας καὶ τάξεως τὰς γνωστικὰς ἕξεις τε καὶ θέσεις καὶ καταφάσεις στερητικῶς ταῖς κατ' αὐτὴν ἀφαιρετικαῖς ἀποφάσεσι μυεῖταί τε καὶ μιμεῖται, καὶ ἔστιν ἡ κατὰ τὴν γνῶσιν τῶν ὑπερκειμένων κατάφασις τῶν ὑποβεβληκότων ἀπόφασις, καὶ ἔμπαλιν τῶν ὑποβεβληκυιῶν ἡ κατὰ τὴν γνῶσιν ἀπόφασις τῶν ὑπερσχουσῶν κατάφασις, μέχρι τῆς πασῶν καθ' ὑπεροχὴν ἀνωτάτης φύσεώς τε καὶ τάξεως ἀποφατικῶς προοδεύουσα, ἣν μετὰ πάσας τάξεις τε καὶ δυνάμεις ἡ ἄμεσος περὶ θεὸν διαδέχεται κατὰ τὴν γνῶσιν ἀπόφασις, ὑπ' οὐδενὸς παντελῶς καταφασκομένη τῶν ὄντων, μὴ ὄντος λοιπὸν ὅρου τινὸς ἢ πέρατος τοῦ ταύτην περιλαμβά-
Cod. f. 195 b. νοντος τὴν ἀπόφασιν. | Ὥςπερ γὰρ τῶν αἰσθητῶν κατὰ φύσιν ἀπόφασίς ἐστι τὰ νοητὰ, οὕτω καὶ ἐν ταῖς συμπληρούσαις τὸν ἄνω κόσμον οὐσίαις τε καὶ δυνάμεσιν αἱ τῶν πρώτων κατὰ τὴν περὶ θεὸν γνῶσιν ὑπεροχαὶ διὰ τὴν ὕφεσιν ταῖς μετ' αὐτὰς ἀποφάσκονται. Ὡς γὰρ ἅπερ ἡμεῖς νοεῖν οὐ δυνάμεθα, τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἁγίοις ἀγγέλοις εἰσὶ νοητὰ, οὕτω καὶ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἁγίοις ἀγγέλοις τὰ μὴ νοούμενα τοῖς

practicam, quae dicitur, philosophiam est in virtutem deductio, ut qua magister apostolus promovet discipulos; nam in omnibus magister antecedere debet discipulis ad agenda ea quae decent: ,ascensio' vero perita rationum rebus inhabitantium per naturalem contemplationem comprehensio: ,assumptio' denique pia verae et theologicae sapientiae initiatio, quae qualis sit verbo exprimi non potest. Tertium autem caelum suspicor esse fines circumscriptivos practicae philosophiae et naturalis contemplationis ac theologicae initiationis summas rationes, sive harum terminos, quandoquidem modus aliqui comprehendendae et virtutis et naturae et quae in utraque sita est theologiae, convenienter et secundum naturam unicuique eorum quae sunt a deo adoptatus est, quibus in terminis et finibus beatus apostolus eorum quae dixi rationes, quantum sibi liceret, superavit. Nam si eorum quae naturaliter intus continet caelum descriptio est, ac finis cunctorum quaecunque sensui obnoxia sunt, secundum sublimiorem nimirum et mysticam rationem omnis quoque virtutis vel cognitionis rationes circumscribens, quae summopere reverenda, cessatio, ut finis eorum quae videntur, et terminus eorum quae circumscribuntur, figurate caelum appellatur. Aut rursus ,tertium' Scriptura ,caelum' fortasse appellat sanctorum angelorum tria, quae supra nos ordine sursum escendunt castra, ad quae sanctus Paulus fortasse pertransiit, cognitionum suarum negationibus in illorum affirmationes initiatus, et praecipuis propriorum privationibus illorum habitus imitatus. Omnis enim rationalium natura secundum ordinem suum et facultatem in superioris ipsâ essentiae et ordinis gnosticos habitus et positiones et affirmationes privative ablativis suis negationibus initiatur atque eas imitatur, estque secundum cognitionem affirmatio eorum quae superiacent eorum quae subiecta sunt negatio, atque rursus earum quae subiectae sunt secundum cognitionem negatio earum quae supereminent est affirmatio, usque ad cunctorum unice summam naturam et ordinem negative progrediens, quos post omnes ordines et potestates immediata circa deum excipit secundum cognitionem negatio, quae a nullo omnino eorum quae sunt affirmatur, neque ullus de cetero omnino finis extat aut terminus qui hanc negationem comprehendat. Quemadmodum enim sensibilium secundum naturam negatio sunt intellegibilia, ita etiam in eis qui superiorem mundum complent essentiis ac potestatibus primariorum secundum dei cognitionem quae excellunt propter summissionem eis quae post se sunt negantur. Ut enim quae nos intellegere non possumus, sanctis, qui nos superant, angelis intellecta sunt, ita quae angelis nos superantibus, non sunt intellecta eis sunt angelis sanctis intellecta quae hos superant, atque ita deinceps a

ὑπὲρ αὐτοὺς ἁγίοις ἀγγέλοις εἰσὶ νοητὰ, καὶ οὕτω καθ' ἑξῆς ἀπὸ δυνάμεως εἰς δύναμιν ἀναβαίνων ὁ λόγος καὶ ὑφούμενος, καὶ πάσας τάξεις τε καὶ δυνάμεις διαβαίνων, εἰς τὸ ἄῤῥητόν
Dionys. Areopag. de Mystica Theol. cap. 1., p. 544. tom. I. Opp. ed. Ven. τε καὶ ἀνόητον λήγει καὶ παντελῶς ἄγνωστον. Εἰ τοίνυν κατὰ τὸν Ἀρεοπαγίτην Διονύσιον αἱ μὲν ἀποφάσεις ἐπὶ τῶν θείων ἀληθεῖς, αἱ δὲ καταφάσεις ἀνάρμοστοι τῇ κρυφιότητι τῶν ἀποῤῥήτων, εἰκότως ὁ θεσπέσιος ἀπόστολος πασῶν τῶν κατ' αὐτὸν γνώσεων ἀποφήσας τὴν νόησιν, καὶ πάσης ὑπεράνω γενόμενος τῶν ὄντων σχέσεως, οὔτε ἐν σώματι, καθὼς εἶπεν, εἰκότως ἦν, ἐνεργοῦσαν οὐκ ἔχων τὴν αἴσθησιν, οὔτε ἐκτὸς αὖθις τοῦ σώματος, ἀργοῦσαν ἔχων τὴν νόησιν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτῷ γενομένης ἁρπαγῆς, καθ' ἣν ἀφράστως τε καὶ ἀγνώστως τινὰ δεξάμενος κατὰ μύησιν ὑπερκόσμιον ῥήματα σιγῇ ταῦτα τιμήσας ἐφύλαξε παντελῶς ἀνέκφορα, ὡς μήτε νοῦ νοῆσαι, μήτε γλώσσης λαλῆσαι, μήτε ἀκοῆς αὐτὰ δέξασθαι δυναμένων. Ποιεῖ δὲ, καθὼς οἱ πεπειραμένοι φασὶ, τὴν μὲν ἐν τῇ λεχθείσῃ προόδῳ τῆς ἀρετῆς τελείαν πρᾶξιν πίστις ὀρθὴ καὶ φόβος εἰς θεὸν ἀνόθευτος, τὴν δὲ κατὰ τὴν
Cod. f. 196 a. ἀνάβασιν ἄπταιστον φυσικὴν θεωρίαν ἐλπὶς | βεβαία καὶ ἀλώβητος σύνεσις, τὴν δὲ κατὰ τὴν ἀνάληψιν θέωσιν ἀγάπη τελεία, καὶ νοῦς τοῖς οὖσι καθ' ὑπεροχὴν πάμπαν ἑκουσίως πεπηρωμένος. Καὶ τῆς μὲν πρακτικῆς φιλοσοφίας πάλιν ἔργον εἶναί φασι πάσης τὸν νοῦν ἐμπαθῆ φαντασίας καθαρὸν καταστῆσαι, τῆς δὲ φυσικῆς θεωρίας πάσης τῆς ἐν τοῖς οὖσι καθ' ἣν αἰτίαν ὑπάρχουσιν ἀληθοῦς γνώσεως αὐτὸν ἐπιστήμονα δεῖξαι, τῆς δὲ θεολογικῆς μυσταγωγίας ὅμοιον θεῷ καὶ ἴσον, ὡς ἐφικτὸν, τῇ χάριτι κατὰ τὴν ἕξιν ποιῆσαι, μηδενὸς τὸ σύνολον ἔτι τῶν μετὰ θεὸν διὰ τὴν ὑπεροχὴν ὄντα νοήμονα.

Greg. Naz. Or. Theol. II. cap. 20., p. 511. tom. I. Opp. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Οὐδ' ἂν αὐτὸν δυνηθῆναι χωρῆσαι τὸν κάτω κόσμον, Ἰωάννης ὁ τοῦ λόγου πρόδρομος, ἡ μεγάλη τῆς ἀληθείας φωνὴ, διωρίζετο.

Εὔκαιρον ἦν κἀμὲ πρὸς τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ μέγαν τῆς ἀληθείας διδάσκαλον, τὸ μέγεθος ὁρῶντα τῆς αὐτῷ παρὰ θεοῦ δοθείσης σοφίας, εἰπεῖν ὅπερ Δαβὶδ, ὁ τῶν προφητῶν καὶ βασιλέων ἐπισημότατος, πρὸς τὸν θεὸν, τὸ ἄπειρον τῆς ἐν πᾶσιν αὐτοῦ μεγαλειότητος καταπλαγεὶς, ἐνθεαστικῶς ἀπε-
Psalm. 139, 6. φθέγξατο, λέγων, Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτὴν, ὡς ἦν δίκαιον, μάλιστα θαύματι μόνῳ περιγράψας τὴν ἀπερίγραφον δύναμιν, οὐκ ἔχων ἄλλοθί ποι περὶ τῶν ἀνεφίκτων τῆς ψυχῆς ἐρεῖσαι τὴν πολυκίνητον βάσιν, κἀμὲ, ὡς εἶπον, ἀρκεῖσθαι τὸν ἐκ τοῦ θαυμάζειν σοφοῦ διδασκάλου σύνεσιν ἁγιασμὸν κομίσασθαι, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, πῶς καὶ τίνι λόγῳ παρ' ἱστορίαν, ἅπερ θεία φωνὴ τοῖς ἁγίοις μυστικῶς ὀνόματα τέθεικεν, ἀλλήλοις

potestate in potestatem ascendens ratio, et exaltata, et omnes ordines atque potestates transgressa, in ineffabile desinit ac plane incognitum. Itaque si secundum Dionysium Areopagitam negationes in rebus divinis veritatem habent, contra affirmationes rerum ineffabilium obscuritati non conveniunt, divinus apostolus omnium suarum cognitionum intellectu negato, omnique rerum quae sunt affectione superata, neque in corpore, ut dixit, fuisse probabiliter videatur, cum activum non haberet sensum, neque rursus extra corpus, cum intellectum haberet cessantem eo quo raptus est tempore, quo in raptu inenarrabili quodam et incognito modo secundum caelestem initiationem quaedam verba accepit, quae tacite coleret et nunquam divulganda custodiret, utpote quae neque mens intellegere, neque lingua effari, neque aures percipere possent. Efficit autem, ut ii qui experti sunt tradunt, virtutis in ,progressione', quam dixi, perfectam actionem fides recta et metus in deum incorruptus, naturalem vero in ,ascensione' inoffensam contemplationem spes firma et immaculata conscientia, deificationem denique in ,assumptione' perfecta caritas ac mens rebus quae sunt penitus et plane ultro abdicata, Atque activae quidem philosophiae rursus esse dicunt mentem passioni obnoxiam omni imaginatione ac seculari pompa liberare, naturalis autem contemplationis omni eam rerum qua causa existant vera cognitione imbuere, theologicae denique initiationis et instructionis eam deo aequalem et parem, quatenus licet, gratia secundum habitum reddere, adeo ut iam quaecunque post deum sunt propter eminentiam plane ignoret.

Ex eodem sermone; in illud, ,Nec ab mundo inferiori posse capi Ioannes Verbi praecursor et magna veritatis vox pronuntiavit.'

Opportunum erat ut et ego sanctum hunc atque magnum veritatis magistrum, cum magnitudinem sapientiae viderem a deo ei datae, ita alloquerer ut David prophetarum regumque insignissimus, deum, infinitam eius in omnibus rebus maiestatem admiratus, divino numine plenus dicens, ,Mirabilior facta est tui cognitio, et invaluit, quam ut ei sufficiam', ut iustum erat, maxime cum admirando solum incircumscriptam circumscribere conaretur potestatem, nec usquam alias circa res, quas assequi non possumus, vagum et mobilem animae gradum sistere haberet, — et ut ego quoque, ut dixi, satis haberem ex admiratione sapientis magistri intellegentiae sanctificationem abstulisse, nec multum quaererem quomodo et qua ratione, quae nomina divina vox sanctis mystice indidit contra historiam, inter sese converterit, filium tonitru Ioan-

Cod. f. 196 b. ὁ διδάσκαλος περιτρέπει, τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς | Ἰωάννην πρό-
Marc. 3, 17. δρομον ἐνταῦθα προςαγορεύων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς εὐπειθείας πολύς ἐστιν ὁ μισθὸς, ἐντολῆς μάλιστα τοῖς ἡγουμένοις πείθεσθαι κελευούσης, καὶ σχολάσαι καὶ γνῶναι καὶ ἐρευνᾶν τὰς γραφὰς, καὶ μελετᾶν τὸν θεῖον νόμον ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐν τοῖς εὖ ἔχουσι μάλιστα κείμενον ἔγνων, τοῦ τε ὄκνου καὶ τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον ὑφορώμενος, στοχαστικῶς περὶ τούτων κατὰ δύναμιν ἐρῶ, ταῖς ὑμῶν θαῤῥῶν τῶν ἐπιταξάντων εὐχαῖς. Οἶμαι τοίνυν τὸ παρ' ἱστορίαν εἰρημένον τῷ θεοφόρῳ τούτῳ διδασκάλῳ, παρατιθεμένῳ τὸν τοῦ Χριστοῦ πρόδρομον ἀντὶ τοῦ τῆς βροντῆς υἱοῦ, μὴ δύνασθαι ἄλλως ἢ κατὰ θεωρίαν ὁμαλίζεσθαι. Μόνη γὰρ αὕτη τῶν κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀλλήλοις ἀντικεῖσθαι δοκούντων ἐστὶν ὁμαλισμὸς, ὡς τὴν ἐν ὅλοις ἀλήθειαν ἁπλῆν οὖσαν κατὰ τὴν φύσιν ἀσωμάτως ἐμφαίνουσα, μὴ συμπαχυνομένην ταῖς φωναῖς ἢ τοῖς σώμασιν. Ὥςπερ οὖν ὁ μέγας βαπτιστὴς Ἰωάννης ἐῤῥέθη πρόδρομος, ὡς πρὸς τὸν ἀληθῶς προςδοκώμενον, καὶ φωνὴ πρὸς λόγον, ὡς τούτου μηνυτικῶς προηγουμένη, καὶ λύχνος πρὸς ἥλιον, ὡς τεχνικόν τε καὶ θετικὸν καὶ πρόςκαιρον φῶς πρὸς φυσικόν τε καὶ οὐσιῶδες καὶ ἀτέχναστον καὶ αἰώνιον φῶς καὶ ἄσβεστον, οἶμαι δὲ ὅτι καὶ ὡς μετάνοια, τὴν πρὸ αὐτῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν δικαιοσύνην μετ' αὐτὴν κατ' οἰκονομίαν γενομένην κηρύττουσα, — οὕτως οἶμαι κἀνταῦθα τὸν θεόφρονα τοῦτον διδάσκαλον διὰ τοῦ παρ' ἱστορίαν εἰπεῖν πρόδρομον τὸν μέγαν ἀπόστολον Ἰωάννην παραινίξασθαι θέλειν, ὅτιπερ καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας εὐαγγελιστὴς ἐν τῷ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίῳ πρόδρομός ἐστι τοῦ δι' αὐτοῦ μηνυομένου |
Cod. f. 197 a. μυστικωτέρου καὶ μείζονος λόγου, καὶ γράμμασι τυπωθῆναι καὶ φωνῇ γλώσσης σαρκίνης ῥηθῆναι μὴ δυναμένου. Στοιχείωσις γὰρ ὡς πρὸς τὴν ἐπιγινομένην ἑκάστοτε τοῖς δι' αὐτῶν ὑψουμένοις, καὶ τὸ πάχος τοῦ σωματικοῦ φρονήματος πνευματικῶς ἑαυτῶν ἀποξέουσιν, ἢ καὶ ἐπιγενησομένην ἐς ὕστερον γνῶσιν, μετὰ τὴν τῶν κινουμένων συντέλειαν, ἡ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἐστὶ συγγραφή. Ὥςπερ γὰρ ὁ νόμος στοιχείωσις ἦν, κατὰ τὴν τέως ἐμφαινομένην αὐτῷ γνῶσιν, τῶν δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν τὸν ἐν σαρκὶ λόγον παιδαγωγουμένων, καὶ τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρώτην παρουσίαν συναγομένων, οὕτω καὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον στοιχείωσίς ἐστι τῶν δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν τὸν ἐν πνεύματι λόγον παιδαγωγουμένων, καὶ τῷ μέλλοντι κόσμῳ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν συναγομένων, ἐπειδὴ γὰρ σὰρξ καὶ πνεῦμά ἐστιν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἑκάστῳ τῆς γνώσεως ἀναλογίαν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο γινόμενος, πᾶς γὰρ λόγος φωναῖς ὑποπίπτων καὶ γράμμασι. Θαῤῥῶ δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ πᾶν νόημα, νῷ τυπωθῆναι δυνάμενον, στοιχειώσεως οὐδὲν διενήνοχε τὰ ὑπὲρ αὐτὴν μηνυούσης. Διὸ καὶ τέσσαρα τὸν ἀριθμὸν ὑπάρχει τὰ εὐαγγέλια, ὡς τοῖς ὑπὸ αἴσθησιν ἔτι καὶ φθορὰν οὖσι τέως χωρητά. Τοσαῦτα

nem praecursorem ibi appellans. Cum vero praeclarum habeat praemium oboedientia, qua maxime praesulibus morigerari iubemur, cumque scripturis sacris otium impendere et nosse eas et pervestigare, divinaeque legi die ac nocte incumbere, bonis ac frugi maxime convenire viderem, simul tergiversationis et inoboedientiae periculum reformidans, meam de his coniecturam pro viribus enarrabo, vestris, qui hoc me negotii iniunxistis, precationibus fretus. Arbitror igitur, quod iste divinus contra historiam dixit doctor, Christi praecursorem pro tonitru filio ponens, id non aliter posse nisi per contemplationem complanari, quae sola est eorum quae de historia sibi contradicere videntur complanatio, quia veritatem in omnibus simplicem secundum naturam incorporaliter demonstrat, non vocibus aut corporibus concretam. Quemadmodum igitur magnus Ioannes baptista praecursor vocatus est, respectu eius qui revera expectabatur, et Vox respectu Sermonis, cuius denuntiator antecessit, et lucerna respectu solis, ut artificialis et positiva et temporalis lux respectu naturalis et essentialis et non artificiosae et aeternae atque inextinguibilis lucis, arbitror vero etiam ut resipiscentia, naturalem quae se antecesserit iustitiam post se secundum oeconomiam factum iri praedicans, — ita hic quoque divinum istum doctorem eo quod contra historiam magnum apostolum Ioannem praecursorem dixerit figurate velle significare, etiam evangelistam magnum Ioannem in evangelio suo praecursorem esse Sermonis magis mystici et maioris, quem praedicaverit, quique nec verbis exprimi nec linguae carnalis voce edici possit. Sanctorum enim evangeliorum scriptura institutio est ad cognitionem, eis semper obtingentem qui per illa exaltentur et corporalis prudentiae crassitie spiritualiter se purgent, vel quae in futuro obtinget, post rerum quae motantur consummationem. Nam sicut lex institutio erat, per temporalem quae in ea apparebat cognitionem, eorum qui per ipsam in Christum, Sermonem in carne factum, erudiebantur et ad primum eius adventum evangelio cogebantur, ita sanctum quoque evangelium institutio est eorum qui per ipsum in Christum, Sermonem spiritualem, erudiuntur, et ad secundum eius adventum futuro in mundo coguntur; si quidem caro et spiritus idem est ac secundum cognitionis unicuique convenientiam et hic fit vel illa, quia omnis sermo vocibus et litteris subiacet. Audeo vero dicere quodcunque etiam cogitatum, quod menti imprimi queat, ab institutione, ea quae se superiora sint instruente, non differre. Quare etiam quattuor numero sunt evangelia, ut eis qui sensui adhuc et interitui subiecti sunt interim perceptibilia. Pari enim numero sunt elementa quoque huius mundi, et quattuor rursus virtutes, ex quibus spiritualis secundum intellectum con-

γὰρ καὶ τὰ στοιχεῖα τυγχάνει τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τέσσαρες πάλιν ἀρεταὶ, ἐξ ὧν ὁ κατὰ διάνοιαν πνευματικὸς συνέστηκε κόσμος, ἵνα τὸν τέως ἐν ἡμῖν νοητὸν κόσμον, καὶ τὸν ἐν ᾧ ἐσμεν, περιγράφῃ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος, καὶ ἀλλήλοις αὐτοὺς ἀσυγχύτως καθ' ἕνωσιν συμβάλλῃ, καὶ ἀλλήλων πάλιν ἀδιαιρέτως διακρίνῃ, ταῖς τῶν συνιστώντων αὐτοὺς στοιχείων
Cod. f. 197 b. ὁμοιότησιν. Ὅπερ γάρ ἐστιν, | ὥς φασιν, ὁ αἰθὴρ, ἤγουν τὸ πύριον στοιχεῖον ἐν τῷ κατ' αἴσθησιν κόσμῳ, τούτῳ ἐν τῷ κόσμῳ τῆς διανοίας ἐστὶν ἡ φρόνησις, ὡς ἕξις φωτιστικὴ καὶ τῶν ἐφ' ἑκάστου τῶν ὄντων ἰδίως πνευματικῶν λόγων ἀποδεικτικὴ, τὴν ἐν ὅλοις ἀπλανῶς δι' αὐτῶν αἰτίαν ἐκφαίνουσα, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ θεῖον ἐφέσεως ἑλκτική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ὁ ἀὴρ, τοῦτο ἐν τῷ κατὰ διάνοιαν κόσμῳ ἐστὶ ἡ ἀνδρεία, ὡς ἕξις κινητικὴ, καὶ τῆς ἐμφύτου κατὰ πνεῦμα ζωῆς συνεκτική τε ἅμα καὶ δραστικὴ, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν περὶ τὸ θεῖον ἀεικινησίας τομωτική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ἐστὶ τὸ ὕδωρ, τοῦτο ἐν τῷ τῆς διανοίας κόσμῳ ἐστὶν ἡ σωφροσύνη, ἕξις ὑπάρχουσα τῆς ἐν πνεύματι ζωτικῆς γονιμότητος ποιητικὴ, καὶ τῆς ἀειβλύστου κατὰ τὴν ἔφεσιν περὶ τὸ θεῖον ἐρωτικῆς θέλξεως γεννητική· καὶ ὅπερ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ἐστὶν ἡ γῆ, τοῦτο ἐν τῷ τῆς διανοίας κόσμῳ ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, ἕξις ὑπάρχουσα κατ' εἶδος γεννητικὴ πάντων τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, καὶ τῆς ἐν πνεύματι κατὰ τὸ ἴσον ἑκάστῳ ζωτικῆς διαδόσεως ἀπονεμητικὴ, καὶ τῆς οἰκείας ἐν τῷ καλῷ κατὰ τὴν θέσιν βάσεως ἀμετάθετος ἵδρυσις. Γῆς οὖν καὶ δικαιοσύνης μυστικῶς λόγον ἐπέχει, τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον, ὡς φυσικώτερον τὸν λόγον ποιούμενον, ὕδατος δὲ καὶ σωφροσύνης τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς ἐκ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου καὶ τῆς κηρυττομένης ὑπ' αὐτοῦ μετανοίας, καθ' ἣν ἡ σωφροσύνη συνέστηκεν, ἀρχόμενον, ἀέρος δὲ καὶ ἀνδρείας τὸ κατὰ Λουκᾶν, ὡς περιοδικώτερον καὶ πλείοσιν ἱστορίαις πυκνούμενον, αἰθέρος δὲ καὶ
Cod. f. 198 a. φρονήσεως τὸ κατὰ Ἰωάννην, ὡς πάντων | ἀνώτατον, καὶ ἁπλῆν μυστικῶς τὴν περὶ θεοῦ πίστιν εἰςάγον, καὶ ἔννοιαν. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλως σύμβολον εἶναι τὴν τῶν ἁγίων εὐαγγελίων τετράδα, πίστεως, καὶ πρακτικῆς, καὶ φυσικῆς, καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας· καὶ τῆς μὲν πίστεως σύμβολον εἶναι τὸ κατὰ Ματθαῖον, ὡς ἀπίστους μετὰ δώρων προσκυνοῦντας εἰςάγον τοὺς Μάγους, τῆς δὲ πρακτικῆς τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς ἐκ τῆς μετανοίας, καθ' ἣν πᾶσα πρᾶξίς ἐστιν ἐνάρετος, τῆς διδασκαλίας ἀρχόμενον, τῆς δὲ φυσικῆς τὸ κατὰ Λουκᾶν, ὡς περιοδικωτέραν τοῦ λόγου τὴν ἐξήγησιν ἔχον, καὶ τὴν τῆς διδασκαλίας ἱστορίαν τοῖς τρόποις κατάλληλον, τῆς δὲ θεολογίας τὸ κατὰ Ἰωάννην, ἐξ ἧς καὶ εἰς ἣν θεοπρεπῶς ἤρξατό τε καὶ ἔληξε. Καὶ πάλιν ὥςπερ ὁ αἰσθητὸς κόσμος στοιχειωτικός ἐστι κατὰ φύσιν τῶν πέντε αἰσθήσεων, ὑποπίπτων αὐταῖς καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ κατάληψιν ὁδηγῶν, οὕτω

stat mundus, eo ut mundum temporaliter in nobis intellectualem, et eum in quo versemur, veritatis sermo circumscribat, ac sibi invicem unitos, sed non commixtos, conferat, et haud disiungendo rursus inter se disparet, elementorum ipsos constituentium similitudinibus. Quod enim, ut tradunt, aether est, sive igneum in sensibili mundo elementum, id in intellectus hoc mundo prudentia est, utpote habitus illuminans et rationum proprie spiritualium, quae singulis quibusque eorum quae sunt inhaereant index, qui causam rerum universarum certo per ipsas demonstrat, ac mentis circa divinum desiderium attrahit et ducit: et quod in sensibili mundo aer, id in intellectuali mundo fortitudo est, utpote habitus movens, ac vitam spiritualiter ingenitam conservans, et incitans, et animae circa deum immobilitatem discindens: et quod in sensibili mundo aqua, id in intellectuali mundo est temperantia, qui habitus est vitalis in spiritu fecunditati factitator, atque amatorii de desiderio circa deum perennis gaudii procreator: et quod in sensibili mundo terra, id in intellectuali mundo iustitia est, qui habitus est omnium in rerum natura quae sunt rationum per formam ac speciem procreator, ac vitalis secundum aequum singulis quibusque in spiritu distribuendorum assignator, nostrique per consilium ac voluntatem in honesto gradus immutabilis stabilitor. Itaque terrae ac iustitiae rationem mystice tenet Matthaei evangelium, ut quod naturalius instituat sermonem, aquae vero et temperantiae evangelium Marci, ut quod ex baptismo Ioannis et paenitentiae ab eo praedicatae, qua temperantia constat, inchoet, aeris vero et fortitudinis evangelium Lucae, ut quod amplius sit pluribusque narrationibus confertum, aetheris denique et prudentiae evangelium Ioannis, ut quod ceteris superior sit, simplicemque mystici dei fidem introducat, atque intellegentiam. Tradunt vero aliter quoque sanctorum evangeliorum quadrigam symbolum esse, fidei, et practicae, sive activae, et naturalis, et theologicae philosophiae; atque fidei symbolum esse evangelium Matthaei, ut quae infideles cum donis adorantes inducat Magos, practicae vero, sive activae, philosophiae, evangelium Marci, ut quod ex poenitentia, quam omnis actio virtutis sequitur, disciplinam instituat, naturalis vero evangelium Lucae, ut quod ampliorem sermonis enarrationem contineat, et institutionis historiam modis congruam et consentaneam, theologiae denique symbolum esse Ioannis evangelium, ex quo et in quod deo convenienter inchoaverit et finiverit. Atque rursus ut sensibilis mundus quinque sensuum naturaliter est institutor, dum subiacet eis atque ad se comprehendendum eos deducit, ita etiam intellectualis mundus virtutum est, dum animae facultatibus obnoxia ad spiritum eas instituit, et uniformes reddit circaque eum duntaxat

καὶ ὁ κατὰ διάνοιαν κόσμος τῶν ἀρετῶν, ταῖς τῆς ψυχῆς ὑποπίπτων δυνάμεσι στοιχειοῖ αὐτὰς πρὸς τὸ πνεῦμα, ἐνοειδεῖς ἐργαζόμενος τῷ περὶ αὐτὸ μόνον αὐτὰς κινεῖσθαι, καὶ ταῖς αὐτοῦ ἀντιλήψεσιν ἐπερείδεσθαι. Καὶ αὐτὰς δὲ τὰς αἰσθήσεις τοῦ σώματος, κατὰ τὸν αὐταῖς ἐμπρέποντα θειότερον λόγον, στοιχειωτικὰς εἶναί φασι τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, στοιχειούσας αὐτὰς ἠρέμα πρὸς ἐνέργειαν, [1] ταῖς δὴ ἑαυτῶν ἀντιλήψεσι τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, δι' ὧν ὡς διὰ γραμμάτων τινῶν τοῖς ὀξυωποῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁ θεὸς λόγος ἀναγινώσκεται. Ὅθεν καὶ παραδειγματικὰς τῶν ψυχικῶν δυνάμεων εἰκόνας τὰς αἰσθήσεις ἐκάλεσαν, ὡς ἑκάστης αἰσθήσεως μετὰ τοῦ αὐτῆς ὀργάνου, ἤγουν αἰσθητηρίου, προη-
Cod. f. 198 b. γουμένως | ἑκάστῃ δυνάμει τῆς ψυχῆς ἀναλόγως μυστικωτέρῳ τινὶ λόγῳ κατὰ φύσιν νενεμημένης. Καί φασιν εἶναι τῆς μὲν νοερᾶς δυνάμεως ἤτοι τοῦ νοῦ τὴν ὀπτικὴν αἴσθησιν, τῆς δὲ λογικῆς ἤτοι τοῦ λόγου τὴν ἀκουστικὴν, τῆς δὲ θυμικῆς τὴν ὀσφραντικὴν, τῆς ἐπιθυμητικῆς δὲ τὴν γευστικὴν, τῆς δὲ ζωτικῆς τὴν ἁπτικὴν, καὶ ἁπλῶς ἵνα σαφέστερον εἴπω, τοῦ μὲν νοῦ ἐστιν εἰκὼν ἡ ὄψις, ἤγουν ὁ ὀφθαλμὸς, τοῦ δὲ λόγου ἐστὶν ἡ ἀκοὴ, ἤγουν τὸ οὖς, τοῦ δὲ θυμοῦ ἐστιν ἡ ὄσφρησις, ἤγουν ἡ ῥὶς, τῆς δὲ ἐπιθυμίας ἐστὶν ἡ γεῦσις, καὶ τῆς ζωῆς ἡ ἁφή· αἷς ἡ ψυχὴ κατὰ τὸν νόμον τοῦ τὰ πάντα σοφῶς δημιουργήσαντος θεοῦ κατὰ φύσιν ἐποχουμένη διὰ τῶν αὐτῆς δυνάμεων, καὶ πρὸς τὰ αἰσθητὰ ποικίλως διαβιβαζομένη, εἰ μὲν καλῶς χρήσαιτο ταῖς αἰσθήσεσι, διὰ τῶν οἰκείων δυνάμεων τοὺς παντοδαποὺς τῶν ὄντων λόγους ἀναλεγομένη, καὶ δυνηθῇ μεταβιβάσαι πρὸς ἑαυτὴν σοφῶς πᾶν τὸ δρώμενον, ἐν ᾧ κέκρυπται θεὸς σιωπῇ κηρυττόμενος, κάλλιστον καὶ αὐτὴ κατὰ προαίρεσιν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ πνευματικὸν κόσμον ἐδημιούργησε, τὰς γενικὰς τέσσαρας ἀρετὰς στοιχείων δίκην ἀλλήλαις συνθεῖσα πρὸς σύμπηξιν τοῦ ἐξ αὐτῶν νοητῶς κατὰ πνεῦμα συμπληρουμένου κόσμου, κατὰ συμπλοκὴν μέντοι τῆς πρὸς τὰς αἰσθήσεις τῶν αὐτῆς δυνάμεων ἐνεργείας ἑκάστην ἀρετὴν ὑποστήσασα· οἷον τὴν μὲν φρόνησιν ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τῆς τε νοερᾶς καὶ λογικῆς δυνάμεως πρὸς τὴν ὀπτικήν τε καὶ ἀκουστικὴν αἴσθησιν, περὶ τὰ αὐτῶν αἰσθητὰ, γνωστικῆς τε καὶ ἐπιστημονικῆς ἐνεργείας, τὴν δὲ ἀνδρείαν ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τοῦ θυμικοῦ πρὸς τὴν ὄσφρησιν, ἤγουν τὸν μυκτῆρα, ἐν ᾧ τὸ θυμικὸν, ὥς φασιν,
Cod. f. 199 a. αὐλίζεται πνεῦμα, | περὶ τὸ συμφυὲς αἰσθητὸν ἄκρας κατὰ τὴν ἐνέργειαν ὁμαλότητος, τὴν δὲ σωφροσύνην ἐκ τῆς κατὰ συμπλοκὴν τῆς κατ' ἐπιθυμίαν δυνάμεως πρὸς τὴν γευστικὴν αἴσθησιν περὶ τὸ οἰκεῖον αἰσθητὸν μεμετρημένης χρήσεως, τὴν δὲ δικαιοσύνην ἐκ τῆς ἐν ὅλοις διὰ τῆς ἁπτικῆς καὶ περὶ ὅλα σχεδὸν τὰ αἰσθητὰ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἴσης καὶ εὐτάκτου καὶ ἁρμονικῆς διανεμήσεως. Ἐκ δὲ τούτων αὖθις τῶν γενικῶν τεσσάρων ἀρετῶν δύο γενικωτέρας κατὰ σύνθεσιν

commoveri eiusque perceptionibus inniti iubet. Et ipsis vero corporis sensibus secundum diviniorem rationem eis convenientem, institui aiunt animae facultates, ut quibus ad agendum paulatim instruantur, rationibus nimirum quae in rebus existentibus insint apprehendendis ac percipiendis, per quas veluti per litteras quasdam eis qui oculorum in veritatem aciem intendunt deus sermo legitur. Unde et exemplares animae facultatum imagines sensus vocaverunt, cum unusquisque sensus cum instrumento suo, unicuique animae facultati convenienter ratione magis mystica de principio a natura adtributus sit. Ac facultatis intellegendi, sive mentis, visum, rationalis vero, sive sermonis auditum, animi olfactum, concupiscentiae gustum, vitalis tactum esse sensum dicunt, atque simpliciter ut clarius me exprimam, mentis quidem imago est visus, hoc est oculus, sermonis est auditus, hoc est auris, animi est olfactus, hoc est nasus, concupiscentiae est gustus, atque vitae est tactus; quibus anima secundum dei, qui cuncta sapienter instituit, legem naturaliter innitens per suas facultates, et ad sensibilia varie transducta, si bene per facultates suas usa fuerit in multiplicibus rerum rationibus colligendis, et ad se ipsam sapienter transferre potuerit universa quae oculis obiacent in quibus deus tacitus praeco delitescit, pulcherrimum etiam ipsa de voluntate in intellectu et spiritualem mundum condit, generalibus quattuor virtutibus elementorum in modum inter se iunctis ad mundi intellegibiliter inde in spiritu consummandi compaginationem, nimirum dum pro nexu et applicatione facultatum ipsius in sensus actionis singulas virtutes sistit: ut prudentiam ex gnostica et perita intellectualis et rationalis cum sermone facultatum ad videndi audiendique sensum applicatarum circa sensibilia sua actione; fortitudinem vero ex summa animi ad olfactum, hoc est nasum, in quo animi spiritum sedem habere dicunt, applicati circa suum sensibile secundum actionem aequabilitate; temperantiam ex concupiscentivae facultatis ad gustum applicatae circa suum sensibile moderato usu; iustitiam ex aequa et ordinata et in cunctis aequabili per tactum et circa universa fere sensibilia vitalis facultatis secundum actionem distributione. Ex his generalibus rursus quattuor virtutibus duas generaliores de compositione virtutes efficere discit, sapientiam inquam et mansuetudinem, sapientiam quidem, quae rerum perceptibilium, mansuetudinem, quae rerum agendarum finis est; nam ex prudentia et iustitia efficit sapientiam, quae cognitionis a prudentia et artis ab iustitia moderatae causa est conservatrix, ideoque, ut dixi, perceptibilium finis est: ex fortitudine vero

1. ταῖς δὲ cod. Gud.

ἀρετὰς ποιεῖν ἐκδιδάσκεται, τὴν σοφίαν φημὶ καὶ τὴν πραότητα, τὴν μὲν σοφίαν, ὡς πέρας οὖσαν τῶν γνωστῶν, τῶν δὲ πρακτῶν, τὴν πραότητα· οἷον ἐκ μὲν τῆς φρονήσεως καὶ τῆς δικαιοσύνης ποιεῖ τὴν σοφίαν, ὡς γνώσεως τῆς κατὰ τὴν φρόνησιν καὶ τῆς κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἐπιστήμης ὑπάρχουσαν συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ διὰ τοῦτο πέρας τῶν γνωστῶν, ὡς εἶπον, τυγχάνουσαν· ἐκ δὲ τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς σωφροσύνης τὴν πραότητα, μηδὲν ἄλλο τυγχάνουσαν ἢ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας παντελῆ πρὸς τὰ παρὰ φύσιν ἀκινησίαν, ἣν τινες ἐκάλεσαν ἀπάθειαν, καὶ διὰ τοῦτο τῶν πρακτῶν τέλος ὑπάρχουσαν. Ταύτας δὲ πάλιν εἰς τὴν τῶν πασῶν γενικωτάτην ἀρετὴν, φημὶ δὲ τὴν ἀγάπην, συνάγει, ἐκστατικὴν οὖσαν τῶν ἐξ αὐτῆς καὶ προσαγωγικὴν τῶν δι᾽ αὐτῆς καὶ ἑνοποιητικὴν τῶν εἰς αὐτὴν ἀρξαμένων τε καὶ κινηθέντων καὶ ληξάντων, καὶ διαφερόντως ἐπὶ πᾶσι θεοποιητικήν. Οὕτω μὲν οὖν ἡ ψυχὴ κινουμένη τε σοφῶς καὶ ἐνεργοῦσα καθ᾽ ὃν καὶ ἔστι καὶ γεγένηται θεοτελῆ λόγον τῶν μὲν αἰσθητῶν χρησίμως διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀντιλαμβάνεται, τοὺς ἐν αὐτοῖς πνευματικὴ λόγους οἰκειουμένη, τὰς δὲ αἰσθήσεις αὐτὰς,
Cod. f. 199 b. λογισθείσας ἤδη | τῇ τοῦ λόγου περιουσίᾳ, ὥςπερ ὀχήματα λογικὰ προσίεται τῶν αὐτῆς δυνάμεων, αὐτὰς δὲ τὰς δυνάμεις ταῖς ἀρεταῖς συνάπτει, καὶ ἑαυτὴν διὰ τῶν ἀρετῶν τοῖς ἐν αὐταῖς θειοτέροις λόγοις, οἱ δὲ θειότεροι τῶν ἀρετῶν λόγοι τῷ ἐν αὐτοῖς ἀφανῶς κεκρυμμένῳ πνευματικῷ νῷ, ὁ δὲ πνευματικὸς νοῦς τῶν ἐν ταῖς ἀρεταῖς θειοτέρων λόγων, πᾶσαν τῆς ψυχῆς ἣν ἔχει πρὸς τὰ παρόντα φυσικήν τε καὶ προαιρετικὴν σχέσιν διωθούμενος, ἁπλῆν ὅλην ὅλῳ δίδωσι τῷ θεῷ, ὁ δὲ θεὸς ταύτην δι᾽ ὅλου περιλαβὼν μετὰ τοῦ συμπεφυκότος αὐτῇ σώματος ἀναλόγως αὐτὰ ἐξομοιοῖ ἑαυτῷ, ὥςτε δι᾽ αὐτῆς ὅλης ἀπεριγράφως ὅλον φαίνεσθαι δύνασθαι, [2] τὸν μηδαμῶς τινι τῶν ὄντων καθ᾽ ὁτιοῦν ἐξ ἑαυτοῦ φαίνεσθαι φύσιν ἔχοντα. Καὶ τοῦτο τυχόν ἐστιν ὅπερ νοήσας ὁ μακάριος οὗτος καὶ μέγας διδάσκαλος ἐν τῷ εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφὸν Ἐπιταφίῳ ἀναστάσεως ἔφη, Μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα (περὶ τῆς ψυχῆς δηλονότι φάσκων), ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας καὶ διαλύσας θεὸς, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης, καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφυΐαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἓν, καὶ πνεῦμα, καὶ νοῦς, καὶ θεὸς, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ ῥέοντος. Ὡς γὰρ κατεπόθη διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡ σὰρξ ὑπὸ τῆς φθορᾶς, ὑπὸ δὲ τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ γνωσθεῖσα ταῖς ἐνεργείαις, ὑπὸ δὲ τῆς ψυχῆς διὰ τῆς παντελοῦς
Cod. f. 200 a. ἀγνωσίας ἡ ἐπίγνωσις τοῦ θεοῦ, ὡς μηδὲ | εἰ ἔστι θεὸς γινώσκεσθαι, οὕτω δὴ πάντως τῷ καιρῷ τῆς ἀναστάσεως κατὰ

Greg. Naz. Or. Funebr. in laudem Caes. fratris hab. cap. 21., p. 213. tom. I. Opp. ed. Bened.

et temperantia mansuetudinem, quae nihil aliud est quam animi et concupiscentiae perfecta ad ea quae naturae contraria sunt immobilitas, quam quidam indolentiam vocarunt, ideoque eorum quae sub actionem cadunt finis est. Has vero rursus in virtutem omnium generalissimam, caritatem dico, contrahit, quae dimovet ea quae ex ipsa, et conciliat ea quae per ipsam, et in unum conflat ea quae in ipsam occeperunt et mota sunt et finem habuerunt, quaeque in omnibus denique maxime deificat. Sic igitur anima motata sapienter et agens secundum divinae perfectionis rationem qua et existit et facta est, sensibilia quidem utiliter per sensus percipit, earumque rationes spiritualis sibi adiungit, ipsos vero sensus, rationis facultate iam aestimatos, tanquam vehicula rationalia suarum ipsius facultatum admittit, ipsasque facultates virtutibus seque ipsam per virtutes divinioribus earum rationibus adiungit, et diviniores virtutum rationes spirituali qui in eis occulto latet intellectui; spiritualis autem intellectus diviniorum in virtutibus rationum omnem animae, quam habet ad praesentia naturalem voluntatisque affectum et relationem removens, simplicem totam toti tradit deo, atque deus eam ex toto una cum corpore quocum cognata est amplexus, convenienter utrumque sibi ipsi assimilat, adeo ut per ipsam totam plane incircumscriptus apparere et totus possit, qui ea natura est ut eorum qui sunt ulli ullo modo de se ipso non appareat. Atque hoc est fortasse quod beatus hic et magnus doctor in animo habens in Epitaphio in Caesarium fratrem dicebat, ‚Post etiam aliquanto', id est post resurrectionem, ‚cum cognatam carnem, (de anima videlicet loquens) quam, cum hic philosopharetur, sociam habuit, a terra, quae et dederat et in fidem acceperat, recepit (quod quomodo fiet deus novit, qui ea inter se coniunxit atque dissolvit), tum demum eam quoque ad gloriae caelestis haereditatem secum admissuram, et quemadmodum ob naturae coniunctionem aerumnarum ipsius particeps fuerat, sic etiam iucunditates suas cum ipsa communicaturam, totum videlicet corpus in se ipsam absumentem, et cum eo unum effectam, et spiritum, et mentem, et deum, absorpto nimirum a vita eo quod mortale et caducum erat.' Quomodo enim per peccatum caro ab interitu absorpta erat, a carne vero anima de actionibus agnita, ab anima vero per plenam ignorantiam agnitio dei, adeo ut vel an deus esset ignoraret, ita iam tempore resurrectionis secundum pulchram inversionem in sancto spiritu eventuram de dei qui caro factus est gratia caro ab anima plane in spiritu absorbetur, anima autem a deo, qui vera vita est, et quem illa solum omnium

2. τῶν habet apographum.

τὴν καλῶς γενησομένην ἀντιστροφὴν ἐν πνεύματι ἁγίῳ διὰ τὴν χάριν τοῦ σαρκωθέντος θεοῦ καταποθήσεται ἡ σὰρξ ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐν πνεύματι, ἡ δὲ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, τῆς ὄντως οὔσης ζωῆς, ὡς αὐτὸν μονώτατον διὰ πάντων ὅλον ὅλη προφαινόμενον ἔχουσα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀντιστρόφως τοῖς παροῦσι, περὶ ἃ νῦν ἐσμέν τε καὶ διεξαγόμεθα, πάντα κατὰ τὸ μέλλον δείξει τὰ ἡμέτερα ἡ θεοπρεπὴς τῆς ἀναστάσεως χάρις, ἵνα ὥςπερ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐνταῦθα κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, οὕτω καταποθήσεται δικαίως ἀσθενήσας ἐκεῖ διὰ τὴν χάριν. Ταῦτα μὲν εἰ καλῶς, ὡς εἴρηται, χρήσαιτο ταῖς αὐτῆς δυνάμεσι, καὶ κατὰ τὸν σκόπον τοῦ θεοῦ, τὸν αἰσθητὸν κόσμον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ πνευματικῶν λόγων ἡ ψυχὴ σοφῶς διοδεύσασα πρὸς θεὸν ἔλθῃ μετὰ συνέσεως, εἰ δὲ κακῶς χρήσαιτο, παρὰ τὸν δέοντα λόγον τὸν παρόντα διαθρήσασα κόσμον, οὐκ ἄδηλόν πως εἰς πάθη ἀτιμίας ἐκπίπτουσα, καὶ τῆς θείας δόξης εἰκότως κατὰ τὸ μέλλον ἀποριφήσεται, φοβερὰν ἐπ᾽ αἰῶσιν ἀπείροις λαβοῦσα κατάκρισιν τὴν πρὸς τὸν θεὸν σχετικὴν ἀλλοτρίωσιν, ἐφ᾽ ᾗ τρεχομένη οὐκ ἔχει λέγειν ὡς οὐ δικαίως, τὴν ὑποστήσασαν τὸ μὴ ὂν διάθεσιν κατήγορον ἔχουσα, ἣν ἀγνοῆσαι οὐδέποτε δύναται. Ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἡμῖν ἐπανακτέον τὸν λόγον. Εἰπὼν γὰρ ὁ
Ioann. 21, 25. εὐαγγελιστής, Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφεται καθ᾽ ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία, ἐνέφηνεν ἡμῖν διὰ τούτων, ὅτι τὰ γραφέντα πρὸς αὐτοῦ προομαλισμός τίς ἐστι
Cod. f. 200 b. τοῦ τελεωτέρου καὶ τέως | ἀχωρήτου λόγου. Κατὰ ταύτην οὖν τὴν ἔννοιαν εἰπών τις τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην πρόδρομον, ἐν ᾧ συνέταξεν εὐαγγελίῳ προοδοποιοῦντι τὴν διάνοιαν πρὸς παραδοχὴν τοῦ τελεωτέρου λόγου, τῆς ἀληθείας οὐχ ἁμαρτήσεται. Ταύτῃ τοι καὶ μεγάλην τῆς ἀληθείας ἀποκαλεῖ φωνὴν· ὁ διδάσκαλος τὰ πνευματικὰ βροντήσαντα. Βροντὴ δέ ἐστι φωνὴ μόνον κατάπληξιν τοῖς ἀκούουσιν ἐμποιοῦσα, μηδὲν μέντοι τρανοῦσα, οἷοςπέρ ἐστιν ὁ στοιχειώδης λόγος. Πᾶς γὰρ λόγος θεόθεν τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον γραφεὶς πρόδρομός ἐστι τοῦ δι᾽ αὐτοῦ ἀγράφως ἐν πνεύματι κατὰ νοῦν μηνυομένου καὶ ἐς ὕστερον φανησομένου τελεωτέρου λόγου, ὡς ἀλήθειαν μὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ μηνυομένην, οὐ μὴν δὲ αὐτὴν [3] εὐπερικαλύπτως γυμνὴν δεικνὺς τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, τῆς θείας ὅλης γραφῆς ὁ νοῦς εὐσεβῶς ὁμαλιζόμενος οὐδὲν δυςχερὲς ἢ ἀνώμαλον διὰ τῶν καθ᾽ ἱστορίαν δοκουσῶν ἐναντιώσεων ἔχων δειχθήσεται. Πᾶς γὰρ τῶν ἀνέκαθεν ἁγίων κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον τοῦ δι᾽ αὐτοῦ μηνουμένου τε καὶ προτυπουμένου μυστηρίου πρόδρομος ἦν, δι᾽ ὧν ἔπασχέ τε καὶ ἔδρα καὶ ἔλεγε τὰ τούτων προκηρύττων ἀρχέτυπα. Διὸ καὶ ἀντ᾽ ἀλλήλων ἀμέμπτως παραλαμβάνονται, καὶ πάντων ἅπαντες, καὶ ἕκαστος ἑκάστου, καὶ ἀντὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν συγγραφεισῶν βίβλων,

et unicum tota totum in conspectu apparentem habet, et, ut simpliciter dicam, cuncta nostra aliter atque in his praesentibus rebus, circa quas nunc sumus et degimus, se habent, in futuro divine manifestabit gratia resurrectionis, ut quomodo per peccatum hic mors corroborata absorbuit, sic iure infirmata illic per gratiam absorbeatur. Quare si anima bene, uti dixi, suis facultatibus utetur, et secundum dei propositum, sensibili hoc mundo per spirituales in eo rationes sapienter peragrato ad deum perveniet cum intellegentia, at si male utetur, praeter convenientem rationem praesenti mundo perlustrato, non occulto forte in infamiae affectus illapsa, divina quoque in futuro gloria merito excidet, horrendaque iudicii in infinitas aeternitates sententia damnabitur ut omne cum deo vinculum et nexum amittat, in quam sententiam si se induet, se iniuriam pati dicere non habebit, cum affectum Non - existens repraesentantem habeat accusatorem, quem ignorare non possit. Sed ad propositum sermo revocandus est. Etenim evangelista dicens, ‚Sunt vero etiam alia quam multa quae Iesus fecit, quae si in unum conscriberentur, ne ipsum quidem mundum capturum esse arbitror libros scriptos‘, per haec nobis revelavit, ea quae ab se scripta essent complanationem quandam praeviam esse perfectioris et adhuc inperceptibilis rationis. Hac igitur sententia Ioannem sanctum evangelistam si quis praecursorem appellarit, in suo nimirum evangelio quod ad praeparandam viam intellectui ad perfectiorem rationem recipiendam composuit, is a veritate non aberrabit. Sic igitur magnam veritatis vocem doctor vocat eum qui spiritualia tonuerat. Tonitru autem est vox nihil nisi terrorem audientibus creans, nihil utique clari reddens, qualis est elementarius sermo. Omnis enim sermo divinitus in hoc saeculo hominibus perscriptus praecursor est perfectioris sermonis qui nullarum litterarum ope per se in spiritu menti reveletur, quique in futuro apparebit, veritatem quidem in se ipso revelatam habens sed involucro suo nudatam non ostendens. Sic igitur, uti videtur, totius sacrae scripturae intellectus pie complanatus nihil difficile aut inaequale in eis quae secundum historiam sibi contraria esse videntur habere monstrabitur. Antiquiorum enim unusquisque sanctorum revera eius quod ipse revelaret et praeformaret mysterii praecursor erat, imagines per ea quae patiebatur et agebat et dicebat horum exemplaria primigenia praenuntians. Quare etiam bene et praeter reprehensionem pro se invicem accipiuntur, et pro omnibus omnes et quisque pro quoque, etiam pro libris ab ipsis conscriptis, et pro ipsis libri, in scripturae usu appellantur. Quod aperte manifestat dominus

---

3. Rescribe ἀπερικαλύπτως.

καὶ ἀντ' αὐτῶν αἱ βίβλοι παρὰ τῇ συνηθείᾳ τῆς γραφῆς προσ-
αγορεύονται. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς τὸν βαπτιστὴν Ἰωάν-
Matth. 11, 14. νην Ἠλίαν καὶ ποιῶν καὶ λέγων ὁ κύριος, εἴ τε διὰ τὴν
ἴσην τῆς ἀρετῆς ἕξιν, ὥς φασιν οἱ διδάσκαλοι, καὶ τὴν κατὰ
νοῦν διὰ πάντων καθαρότητα, καὶ τὸ τῆς πολιτείας σύντονον,
εἴ τε διὰ τὴν ἐν ἀμφοτέροις ταυτότητα τῆς ἐν τῇ χάριτι δυ-
Cod. f. 201 a. νάμεως, | εἴ τε καθ' ἕτερον λόγον ἀπόκρυφον, αὐτὸς ἂν εἰ-
δείη ὁ λέγων ὡς θεὸς, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα μυστή-
ρια σοφιζόμενοι. Καὶ πάλιν Μωϋσέα τὸν νόμον, καὶ προ-
φήτας τὰς αὐτῶν προφητικὰς βίβλους, καλέσας, ἐν οἷς πρὸς
τὸν ἐν τῇ γεέννῃ βασανιζόμενον πλούσιον φήσαντα τὸν πατριάρ-
Luc. 16, 29. χην εἰςήγαγεν Ἀβραὰμ, Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας,
ἀκουσάτωσαν αὐτῶν, ἀντὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν συγγραφεισῶν θείων
βίβλων αὐτοὺς ἐκείνους παραθέμενος, Μωϋσέα φημὶ καὶ τοὺς
προφήτας. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. Εἷς γάρ εἰς ἐστιν ὁ δι'
αὐτῶν καταγγελλόμενος, οἱ πάντες ὡς εἷς ὃν καταγγέλλουσι
νοεῖσθαι δύνανται, καὶ ἀντὶ πάντων ἕκαστος καὶ πάντες πάν-
των εὐσεβῶς ἀντιπαραλαμβάνεσθαι, τῶν τε διακονησαμένων
τῷ κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην μυστηρίῳ καὶ τῶν πιστευθέν-
των τὸ κήρυγμα τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον χάριτος. Οὐκοῦν
ὥςπερ εἰς ὅλην οὖσαν τῆς καινῆς διαθήκης καὶ τῆς κατ' αὐτὴν
λατρείας ὁ μέγας βαπτιστὴς Ἰωάννης εὐσεβῶς παραλαμβάνε-
σθαι δύναται, οὕτω δικαίως εἰς ὅλην τὴν καινὴν διαθήκην
καὶ τὴν κατ' αὐτὴν λατρείαν, πρόδρομον οὖσαν τῆς ἐν τῷ
μέλλοντι αἰῶνι μυστικῆς τῶν ἀῤῥήτων ἀγαθῶν κρυφιότητος,
καὶ Ἰωάννης ὁ μέγας ἀληθῶς εὐαγγελιστὴς ληφθῆναι δύναται,
ὡς πρόδρομος φωνὴ τοῦ μέλλοντος τρανῶς λαλεῖσθαι θειοτέ-
ρου λόγου, καὶ εἰκὼν τῆς δειχθησομένης ἀληθείας. Σκιᾷ γὰρ
καὶ εἰκόνι καὶ ἀληθείᾳ τὸ καθ' ἡμᾶς ὅλον τῆς σωτηρίας σο-
Hebr. 10, 1. φῶς ᾠκονομήθη μυστήριον. Σκιὰν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος, ὥς
φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν |
Cod. f. 201 b. τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, δι' ἧς τοὺς κατὰ νόμον οἰκείως
ἑαυτοῖς κατ' ἀμυδράν τινα τῶν ἀληθῶν ἔμφασιν πρὸς τὴν τοῦ
εὐαγγελίου παραδοχὴν ὁ λόγος ἐπαιδαγώγει. Τὸ δὲ εὐαγγέ-
λιον εἰκόνα κέκτηται τῶν ἀληθῶν, ὅλους ἔχον τρανῶς ἀπεν-
τεῦθεν ἤδη τοὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὁμοιότητα κτησαμέ-
νους. Ἑτοίμους ὁ λόγος δι' ἐλπίδος καθίστησι τῇ παραδοχῇ
τῆς τῶν ἀληθῶν ἀρχετυπίας ψυχωθῆναι καὶ γενέσθαι ζώσας
εἰκόνας Χριστοῦ, καὶ ταὐτὸν αὐτῷ μᾶλλον κατὰ τὴν χάριν
ἢ ἀφομοίωμα, τυχὸν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος, εἰ μὴ φορ-
τικὸς ὁ λόγος τισὶν εἶναι δοκεῖ. Ὡς πρόδρομος ἑαυτοῦ
πρὸς τοῦ θεοφόρου διδασκάλου προςηγόρευται νῦν, ὡς ἑαυ-
τὸν ἀναλόγως τοῖς ὑποδεχομένοις κατά τε τὴν παλαιὰν
κατά τε τὴν νέαν διαθήκην ἐκφαίνων, δι' αἰνιγμάτων τε
καὶ φωνῶν καὶ τύπων προτρέχων αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ διὰ
τούτων πρὸς τὴν χωρὶς τούτων ἄγων ἀλήθειαν, τοῖς αὐ-
Ioann. 16, 12. τοῦ κυρίου λόγοις τοῦτο τεκμαιρομένου, δι' ὧν ἔλεγεν, Ἔτι

Ioannem baptistam Eliam et faciens et dicens, sive propter parem virtutis habitum, ut discipuli dicunt, ac mentis per omnia puritatem, propterque conversationis et vitae aequalitatem, sive ob identitatem utriusque in gratia potestatis, sive de alia occulta ratione, ipse qui ut deus locutus est sciverit, et qui talia ab eo mysteria edocti sunt. Atque iterum Moysen legem, et prophetas libros eorum propheticos appellans, ubi Abrahamum patriarcham ad divitem in gehenna afflictatum et vexatum introducit dicentem, ,Habent Moysen et prophetas, audiant eos', pro libris ab eis conscriptis ipsos illos ponens, Moysen inquam et prophetas. Neque mirum hoc. Nam si unus est per eos praedicatus, universi tanquam unus quem praedicant intellegere, et pro universis singuli quique, et omnes pro omnibus, pie accipi possunt, qui veteris testamenti mysterio inservierunt et quibus evangelii gratiae praedicatio credita erat. Itaque ut magnus Ioannes baptista in totam novi testamenti eiusque cultus gratiam pie intellegi potest, ita iure in totum novum testamentum eiusque cultum, qui futuri aevi mysticae ineffabilium bonorum occultationis praecursor est, etiam Ioannes magnus revera evangelista potest accipi, ut vox praecursor divinioris Sermonis aperte olim pronuntiandi, et simulachrum veritatis demonstrandae. Umbra enim et simulachro et veritate totum salutis apud nos mysterium sapienter dispensatum est. Umbram enim habebat lex, ut dicit divinus apostolus, futurorum bonorum, non ipsum rerum simulachrum, qua suo sibi sermo modo per obscuram quandam veritatum significationem ad evangelium accipiendum legis cultores instrueret. Evangelium autem simulachrum possidet veritatum, et totos aperte tenet hinc iam qui sibi futurorum bonorum similitudinem quaesiverunt. Praeparat sermo per spem veritatum forma primigenia recepta animatum iri nos et vivas Christi fore imagines, immo idem quod ille potius per gratiam fore quam simulachrum, quin fortasse vel ipsum dominum fore, nisi durius hoc dictum aliquibus videatur. Quemadmodum nunc praecursor sui ipsius a divino doctore appellatus est qui sese eis quae et de vetere et de novo testamento acceperat convenienter ostendisset, per aenigmata et voces et imagines sui ipsius praecursor, perque haec ad veritatem his nudatam deducens; id quod ipsius domini verbis testatur, quibus dixit, ,Adhuc multa vobis dicere habeo, sed non potestis nunc baiulare', sublimiorem quidem ea quae praegressa erat, sed ea quae post se per divinum spiritum circa ipsum futura esset humiliorem et ipsam disciplinam discipulis significans. Unde, ni fallor adiecit illud, ,Cum autem venerit ille veritatis spiritus, deducet vos in omni veritate'; vel eis quae alibi ait: ,Ecce ego una cum vobis ero omnes dies usque ad aevi consum-

πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· σημαίνων τὴν ὑψηλοτέραν μὲν τῆς προλαβούσης, χθαμαλοτέραν δὲ καὶ αὐτὴν τῆς μετ' αὐτὴν διὰ τοῦ θείου πνεύματος περὶ αὐτοῦ μέλλουσαν ἔσεσθαι, πρὸς αὐτοὺς διδασκαλίαν.
Ioann. 16, 13. Ὅθεν εἰκότως ἐπήγαγεν, Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ· ᾗ καὶ δι' ὧν
Matth. 28, 20. ἑτέρωθί φησιν, Ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Οὐχ ὡς μετὰ τοῦτο παντε-
Cod. f. 202 a. λῶς | οὐκ ἐσομένου μετ' αὐτῶν, ἀλλ' ὡς ὑψηλοτέρου δηλονότι παρ' ὃν τέως ἠπίσταντο χθαμαλώτερον, ὡς πρὸς τὴν ἑαυτῶν δύναμιν γινώσκεσθαι μέλλοντος. Ὡςαύτως γὰρ ὑπάρχων ἀεὶ δι' ἑαυτὸν, καὶ μηδεμίαν παραδεχόμενος ἐξ ἀλλοιώσεως μεταβολὴν, οὔτε τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, πᾶσι πάντα γίνεται δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος, ταπεινὸς τοῖς ταπεινοῖς ὑψηλὸς τοῖς ὑψηλοῖς, καὶ τοῖς δι' αὐτὸν θεουμένοις ὁ φύσει θεὸς, ὡς εἶναι τὰ τοῦ παρόντος αἰῶνος πάντα τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον προνοίας εἴδη τε καὶ μυστήρια, κἂν μεγάλα ᾖ, προοδοποίησίν τινα καὶ προδιατύπωσιν τῶν μελλόντων. Συγκρινόμενος οὖν καὶ αὐτὸς ὁ τέως τοῦ κυρίου χωρητὸς λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα τοῖς μαθηταῖς μυστικώτερον ἐπιχορηγεῖσθαι, ἥ τε προτέρα πάλιν αὐτοῦ παρουσία τῇ δευτέρᾳ, πρόδρομός ἐστιν ἑαυτοῦ, παραδείξας μὲν ἀμυδρῶς ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὴν τῶν ὑποδεχομένων δύναμιν, οὐ φανερώσας δὲ νῦν ἅπερ ἔχει σεσιγημένως παρ' ἑαυτῷ ἐν ἀποκρύφῳ μυστήρια, διὰ τὸ τῇ κτίσει τέως εἶναι παντελῶς ἀχώρητα. Πᾶν γὰρ ὃ γράμμασιν ὑποπίπτει, καθὼς εἴρηται, καὶ φωναῖς πάντως ὅτι καὶ τὸν νοούμενον ἐξ αὐτοῦ, κἂν πνευματικὸν ᾖ, ὅσον πρὸς τὸ μηδόλως γράμμασι καὶ ἐκφωνήσει προςπίπτον, φωνῆς λόγον ὡς πρὸς τρανὸν λόγον ἐπέχει, καὶ διὰ τοῦτο πάντα τὰ διὰ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ τοῖς μαθηταῖς λαληθέντα πρὸς τὸν ἀλάλητον νοῦν ἤτοι νόησιν Ἰωάννην ἴσως ὁ θεσπέσιος οὗτος διδάσκαλος προςηγόρευσε, τὴν πρόδρομον χάριν ἐκ τοῦ δεκτικοῦ καλῶς
Cod. f. 202 b. τε καὶ σοφῶς ὀνομάσας.

Idem ibid. cap. 21., p. 511. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ὁ δὲ περὶ θεοῦ λόγος, ὅσῳ τελεώτερος, τοσούτῳ δυςεφικτότερος, καὶ πλείους τὰς ἀντιλήψεις ἔχων, καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας.

Εἰ πολλὰ τὰ γεγονότα ἐστὶ, καὶ διάφορα πάντως τὰ γεγονότα ἐστὶν, εἴπερ πολλά. Οὐ γὰρ δυνατὸν τὰ πολλὰ μὴ καὶ διαφορὰ εἶναι. Καὶ εἰ διαφορά ἐστι τὰ πολλὰ, διαφόρους καὶ τοὺς οἷς κατ' οὐσίαν ὑπάρχουσι λόγους νοητέον, οἷς μᾶλλον καὶ δι' οὓς διαφέρουσι τὰ διαφέροντα· οὐ γὰρ ἂν διέφερον ἀλλήλων τὰ διαφέροντα, μὴ τῶν λόγων οἷς γεγόνασιν ἐχόντων διαφοράν. Εἰ τοίνυν ὥςπερ αἱ αἰσθήσεις φυσικῶς ἀντιλαμβανόμεναι τῶν αἰσθητῶν ἐξ ἀνάγκης κατὰ παρα-

mationem.' Non quod postea plane non futurus sit una cum eis, sed quod sublimior videlicet sit futurus quam quem eo usque humiliorem novissent, ut quem ad suam facultatem augendam essent agnituri. Idem enim per se semper existens, nullamque ex immutatione conversionem, nec in magis aut minus augmentum aut imminutionem admittens, omnibus omnia per bonitatis fit exsuperantiam, humilis humilibus, sublimis sublimibus, et eis qui se per se ipsum deificentur proprie deus, adeo ut praesentis aevi omnia providentiae circa hominem formae atque mysteria, quantacunque sunt, viae praeparatio et futurorum praevia descriptio sit. Comparatus igitur et ipse domini perceptibilis interim sermo cum eo qui magis mysticus discipulis olim dabitur, et pristinus eius rursus cum secundo adventus, sui ipsius praecursor est, obscure quidem in se ostendens ad audientium facultatem, non patefaciens, nunc quae in occulto penes se tacite habet mysteria, propterea quod interim conditioni plane sint imperceptibilia. Quicquid enim, ut dixi, litteris subiacet et vocibus, id fieri non potest quin et suum ex semet intellectum, vel si spirituale quid sit, quatenus haudquaquam in litteras atque elocutionem cadit, tanquam ad manifestum et perspicuum dirigat verbum; ideoque quaecunque a Christo deo discipulis in inenarrabilem intellectum et interpretationem dicta sunt Ioannem fortasse divinus hic doctor appellavit, praecursorem gratiam ex eo quo ad recipiendum aptus erat pulchre atque sapienter nominans.

Ex eodem sermone, in illud, ,Disputatio vero ea quae de deo suscipitur, quo perfectior, eo quoque difficilior est, pluribusque obiectationibus patet, in iisque diluendis ac dissolvendis plus negotii facessit.'

Si quae facta sunt multa sunt, differunt quoque omnino quae facta sunt, siquidem multa sunt. Fieri enim non potest quin quae multa eadem non et diversa sint. Atque si diversa sunt multa, diversae sunt etiam intellegendae rationes quibus secundum essentiam existunt, quibus et propter quas magis differunt quae differunt; non enim inter sese differrent quae differunt, nisi rationes quibus facta sunt differentiam haberent. Si igitur, ut sensus naturaliter sensibilia percipientes necessario multas pro receptione faciunt et diversas eorum quae subiacent sensibus et succidunt perceptiones, sic etiam mens, cum omnes naturaliter in rebus rationes percipiat, in quibus infinitis dei actiones intuendo multas efficit et infinitas, ut verum dicam, divinarum a se perceptarum actionum virtutumque differentias, infirma utetur nimi-

δοχὴν πολλὰς ποιοῦνται καὶ διαφόρους τῶν ὑποκειμένων καὶ ὑποπιπτόντων αὐταῖς τὰς ἀντιλήψεις, οὕτω καὶ ὁ νοῦς πάντων φυσικῶς ἀντιλαμβανόμενος τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, οἷς ἀπείροις ἐνθεωρῶν ἐνεργείας θεοῦ πολλὰς ποιεῖται καὶ ἀπείρους, εἰπεῖν ἀληθὲς, τῶν ὧν ἀντιλαμβάνεται θείων ἐνεργειῶν διαφορὰς, ἄτονον εἰκότως ἕξει τὴν δύναμιν καὶ τὴν μέθοδον ἄπορον τῆς ἐπιστημονικῆς ἐρεύνης τοῦ ὄντως ὄντος ἀληθοῦς, οὐκ ἔχων νοῆσαι πῶς ἐν ἑκάστῳ τῶν καθ' ἑαυτὸ ¹ἑκάστων λόγῳ καὶ ἐν πᾶσιν ὁμοῦ καθ' οὓς ὑπάρχουσι τὰ πάντα λόγοις ὁ μηδὲν ὢν τῶν ὄντων ἀληθῶς καὶ πάντα κυρίως ὢν καὶ ὑπὲρ πάντα θεός. Εἰ γοῦν πᾶσα θεία κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ἐνέργεια τὸν θεὸν ἀμερῶς ὅλον δι' ἑαυτῆς ἐν ἑκάστῳ καθ' ὅνπερ τινὰ λόγον ἐστὶν ἰδικῶς ὑποσημαίνει, τίς ἀκριβῶς ἐστιν ὁ νοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν δυνάμενος, πῶς ἐν πᾶσί τε κοινῶς ὅλος καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἰδιαζόντως, ἀμερῶς τε καὶ ἀμερίστως ἐστὶν ὁ θεὸς, μήτε ποικίλως συνδιαστελλό-
Cod. f. 203 a. μενος ταῖς τῶν ὄντων οἷς ἔνεστιν ὡς ὢν | ἀπείροις διαφοραῖς, μήτε οὖν συστελλόμενος κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδιάζουσαν ὕπαρξιν, μήτε συστέλλων κατὰ τὴν μίαν πάντων ἑνικὴν ὁλότητα τὰς τῶν ὄντων διαφορὰς, ἀλλὰ πάντα ἐν πᾶσίν ἐστιν ἀληθῶς, ὁ μηδέποτε τῆς οἰκείας ἀμεροῦς ἁπλότητος ἐξιστάμενος; Καλῶς οὖν ὁ διδάσκαλος ἔφη τὰς ἀντιλήψεις τοῦ περὶ θεότητος λόγου πολλὰς εἶναι, ἐξ ὧν ὅτι ἐστὶ μόνον θεὸς διδασκόμεθα, καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας, ἐξ ὧν πάλιν τί οὐκ ἔστι μανθάνομεν· πρὸς τὸ παῦσαι περιεργίας ἀνωφελοῦς καὶ βλαβερᾶς τοὺς ληπτὸν οἰομένους τὸ θεῖον τοῖς διακένοις ἀναπλασμοῖς τῆς αὐτῶν διανοίας, ἢ οὐδὲ τὸ ἔσχατον τῶν ἐν τοῖς οὖσι καθ' ὃν ἐστι καὶ ὑπάρχει λόγον ἀληθῶς ἐστι ληπτόν.

Greg. Naz. Or. Theol. III. de Filio cap. 2. p. 524. tom. I. Opp. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ περὶ Υἱοῦ πρώτου λόγου, εἰς τὸ, Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι τριάδος ἔστη.

Πᾶν κατὰ φύσιν κινούμενον δι' αἰτίαν πάντως κινεῖται, καὶ πᾶν τὸ δι' αἰτίαν κινούμενον δι' αἰτίαν πάντως καὶ ἔστι, πᾶν δὲ τὸ δι' αἰτίαν ὂν καὶ δι' αἰτίαν κινούμενον ἀρχὴν μὲν εἶχε πάντως τοῦ εἶναι τὴν δι' ἣν ἔστι καὶ ἐξ ἧς πρὸς τὸ εἶναι ἤχθη αἰτίαν, τέλος δὲ τοῦ κινεῖσθαι τὴν αὐτὴν δι' ἣν κινεῖται καὶ πρὸς ἣν ἐπείγεται αἰτίαν. Πᾶν δὲ τὸ δι' αἰτίαν καὶ ὂν καὶ κινούμενον καὶ γενητὸν πάντως. Εἰ δὲ τοῦ κινουμένου τέλος ἐστὶν ἡ δι' ἣν κινεῖται αἰτία, ἡ αὐτὴ πάντως ἐστὶ τῇ δι' ἣν γεγένηται καὶ ἔστιν αἰτίᾳ. Μία οὖν ἄρα πάντως τοῦ ὁπωσοῦν ὄντος καὶ κινουμένου κατὰ φύσιν ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος αἰτία δι' ἣν καὶ ἔστι καὶ κινεῖται πᾶν τὸ ὂν καὶ κινούμενον. Δραστήριος γὰρ ὑπάρχουσα δύναμις καὶ ποιεῖ τὰ γινόμενα θεοπρεπῶς ὡς ἀρχὴ καὶ προβάλλεται, καὶ ἕλκει

rum facultate irritamque habebit verae veritatis indagandae artis suae viam atque rationem, cum intellegere haud queat quomodo in unaquaque singulorum quorumque ratione, et in cunctis simul quibus cuncta existunt rationibus, is qui revera inter ea quae sunt non censetur, et omnia proprie sit, et supra omnia deus. Certe si omnis divina, ut verum est, actio et virtus deum individue totum per semet ipsam in unaquaque re, quaqua ratione inest proprie significat, quis accurate et intellegere et enarrare poterit, quomodo in cunctis communiter totus et in unoquoque eorum quae sunt privatim partium expers et individuus existat deus, neque varie ac multipliciter diductus una cum rerum quibus, ut existens, inest infinitis differentiis, neque contractus secundum singuli cuiusque peculiarem existentiam, neque contrahens secundum unam cunctorum et singularem totitatem eorum quae sunt differentias, sed omnia in omnibus revera existat is qui nunquam peculiari sua et individua simplicitate excidat? Bene igitur magister deitatis rationis multas esse perceptiones dixit, de quibus solum quod deus sit doceamur, solutionesque operosiores et difficiliores, de quibus rursus quid non sit discamus; quo ab inutili atque nociva curiositate revocaret eos qui divinum vanis ingeniorum suorum figmentis comprehendere posse sibi videntur, quibus ne ultimum quidem eorum quae sunt qua sit ratione et existat vere comprehendi potest.

Ex primo de Filio sermone, in illud, ‚Quocirca unitas principio in binarium mota in trinitate constitit.‘

Quodcunque secundum naturam movetur necesse est ut de causa moveatur, et quodcunque de causa movetur necesse est ut de causa etiam existat, quodcunque vero de causa existit atque de causa movetur initium quoque existentiae ut habeat necesse est eam per quam existit et ex qua ad existentiam ducta est causam, finem vero motionis eandem qua movetur et ad quam properat causam. Quodcunque autem per causam et est et movetur factum ut sit item necesse est. Quod si eius quod movetur finis est causa per quam movetur, necesse est eadem sit causa per quam factum est et existit. Ergo una omnino est eius quod utcunque existit et movetur secundum naturam ut initium et finis causa per quam et est et movetur quodcunque est et movetur. Strenua enim et efficax cum vis sit, deo convenienter tam efficit ea quae fiunt, ut initium, et producit, quam trahit providenter ea quae moventur, ut finis, atque terminat. Iam si quod-

1 ἑκάστου cod. Gud.

Cod. f. 203 b. τὰ κινούμενα προνοητικῶς ὡς τέλος καὶ ὁρίζει. | Εἰ δὲ πᾶν κινούμενον καὶ γενητὸν δι' αἰτίαν ἔστι τε καὶ κινεῖται καὶ γεγένηται, πᾶν ὃ μὴ δι' αἰτίαν ἐστὶν οὐδὲ ποιητόν ἐστιν, οὐδὲ κινητὸν δηλονότι. Οὐ γὰρ κινεῖται τὸ παντάπασι μὴ ἔχον τοῦ εἶναι αἰτίαν. Εἰ δὲ τὸ ἀναίτιον πάντως καὶ ἀκίνητον, ἀκίνητον ἄρα τὸ θεῖον, ὡς τοῦ εἶναι μηδεμίαν ἔχον αἰτίαν, καὶ πάντων τῶν ὄντων ὑπάρχον αἰτία. Πῶς οὖν, ἴσως ἐρεῖ τις, ὁ θαυμαστὸς οὗτος διδάσκαλος κινούμενον εἰςάγει τὸ θεῖον ἐν τοῖς προτεθεῖσι; Πρὸς ὃν ἐροῦμεν ὅτι παντὸς μᾶλλον ᾔδει, τὸ, Ἑκάστης τέχνης συνεκτικὸς λόγος, ἀκίνητος μένων παντάπασιν ἐφ' ἑαυτὸν, ἵνα παραδείγματι χρήσωμαι, καθ' ἕκαστον εἶδος τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν τέχνην μορφούμενος, κινεῖσθαι λέγεται τῷ κινεῖν μᾶλλον καθ' ἑαυτὸν τὸ τεχνούμενον ἢ τῷ κινεῖσθαι προφαινόμενος· ἢ, ὡς φῶς πρὸς τὸ ὁρᾶν τὴν ὄψιν κινῶν λέγεται κινεῖσθαι, κινητικὸν ὑπάρχον πάσης ὄψεως κυρίως ἤπερ κινητὸν, οὕτω καὶ τὸ θεῖον ἀκίνητον πάντη καθ' οὐσίαν καὶ φύσιν ὑπάρχον, ὡς ἄπειρον καὶ ἄσχετον καὶ ἀόριστον, οἱονεί τις ἐπιστημονικὸς λόγος ἐνυπάρχων ταῖς τῶν ὄντων οὐσίαις λέγεται κινεῖσθαι, τῷ κινεῖν προνοητικῶς ἕκαστον τῶν ὄντων καθ' ὃν κινεῖσθαι πέφυκε λόγον, καὶ ὡς αἴτιον πάντα τὰ κατηγορούμενα κατὰ τῶν ὧν ἐστιν αἴτιον ἀπαθῶς ἀναδεχόμενον. Ἀνελεῖται τοῦτο

Dionys. Areopag. de Divinis Nominibus cap. 4., p. 365. tom. I. Opp. ed. Ven. ζητήσας ὁ θεοφάντωρ καὶ μέγας Ἀρεοπαγίτης ἅγιος Διονύσιος ἐν οἷς φησι, Τί δήποτε τὸ θεῖον οἱ θεολόγοι ποτὲ μὲν ἔρωτα, ποτὲ δὲ ἀγάπην, ποτὲ δὲ ἐραστὸν καὶ ἀγαπητὸν ἀποκαλοῦσι; Συμπεραίνει τὸν λόγον οὑτωσὶ φάσκων, Ὅτι τῷ μὲν κινεῖται, τῷ δὲ κινεῖ· καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, Ὡς μὲν

Cod. f. 204 a. ἔρως ὑπάρχον | τὸ θεῖον καὶ ἀγάπη κινεῖται, ὡς δὲ ἐραστὸν καὶ ἀγαπητὸν κινεῖ πρὸς ἑαυτὸ πάντα τὰ ἔρωτος καὶ ἀγάπης δεκτικά· καὶ τρανότερον αὖθις φάναι, Κινεῖται μὲν ὡς σχέσιν ἐμποιοῦν ἐνδιάθετον ἔρωτος καὶ ἀγάπης τοῖς τούτων δεκτικοῖς, κινεῖ δὲ ὡς ἑλκτικὸν φύσει τῆς τῶν ἐπ αὐτῷ κινουμένων ἐφέσεως· καὶ πάλιν, Κινεῖ καὶ κινεῖται, ὡς διψῶν τὸ διψᾶσθαι, καὶ ἐρῶν τὸ ἐρᾶσθαι, καὶ ἀγαπῶν τὸ ἀγαπᾶσθαι. Κατὰ τοῦτον τρόπον καὶ ὁ θεόφρων Γρηγόριός φησι, Μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι τριάδος ἔστη. Κινεῖται γὰρ ἐν τῷ ταύτης δεκτικῷ νῷ, εἴ τε ἀγγελικῷ, εἴ τε ἀνθρωπίνῳ, δι' αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ τὰς περὶ αὐτῆς ἐξετάσεις ποιουμένῳ, καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, διδάσκει αὐτὸν ἀμερίστως ἐν τῇ πρώτῃ προςβολῇ τὸν περὶ μονάδος λόγον, ἵνα μὴ διαίρεσις τῷ πρώτῳ αἰτίῳ ἐπειςαχθῇ, προβιβάζει δὲ αὐτὸν καὶ τὴν θείαν καὶ ἀπόῤῥητον τούτου γονιμότητα δέξασθαι, λέγουσα μυστικῶς τε καὶ κρυφίως αὐτῷ μὴ δεῖν ἄγονον εἶναι πώποτε φρονεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν λόγου καὶ σοφίας, ἢ ἁγιαστικῆς δυνάμεως, ὁμοουσίων τε καὶ ἐνυποστάτων, ἵνα μὴ σύνθετον ἐκ τούτων ὑποληφθῇ τὸ θεῖον ὡς συμβεβηκότων, καὶ οὐχὶ ταῦτα ὑπάρχον ἀεὶ πιστευθῇ. Κινεῖσθαι οὖν ἡ θεότης λέγεται ὡς αἰτία

cunque movetur et factum est per causam existit et movetur et factum est, sequitur ut nec effectum sit quodcunque existentiae causam habet nullam, nec mobile sit. Non enim movetur omnino quod existentiae causa caret. Si autem quod causa caret idem caret motione, sequitur ut divinum sit immobile, quod existentiae suae causam non habet rerumque quae sunt omnium causa est. Quomodo igitur, fortasse aliquis interrogabit, admirabilis hic doctor tanquam mobile introducit deum in praepositis? Cui respondebimus quod noverat procul dubio: Ratio cuiusque artis conservans, immobilis omnino ad se manens, ut exemplo utar, cum per singulas formas eorum quae ad eandem artem pertinent formatur, moveri dicitur potius, quod secundum se movet id quod arte efficitur, quam quod movendo appareat vel, ut lux quae ad videndum movet visum dicitur moveri, cum movens omnis visus proprie causa sit magis quam quod movetur, ita et divinum plane immobile existens pro essentia sua atque natura, utpote infinitum et non affectum et interminatum, tanquam aliquis conscia ratio rerum quae sunt essentias inhabitans moveri dicitur, providenter eorum quae sunt secundum suam unumquodque qua moveatur rationem movendo, et, ut causa, quaecunque de iis quorum est causa praedicantur, sine affectu recipiendo. Quod commendandum suscipiet qui in his quaerendis studium posuit divinus et magnus vates sanctus Dionysius Areopagita, ubi ait, ‚Quid tandem theologi significare volunt, cum divinum numen nunc amorem, nunc caritatem, nunc amabile et carum vocant?‘ Quaestionem absolvit his verbis: ‚Quod hic movetur, illic movet‘; atque ut luculentius dicam: Nunc amor divinum est atque caritas et movetur, nunc amabile est et carum et movet ad se quaecunque amorem atque caritatem capiunt; et ut rursus apertius dicam: Movetur dum affectum amoris et caritatis inserit eis quae horum capacia sunt, movet contra dum natura attrahit eorum quae ad se moveantur appetitum; et rursus: Movet et movetur quasi sitiens sitiri, et amans amari, et diligens diligi. Qua sententia etiam divinus Gregorius dixit, ‚Unitas principio in binarium mota in trinitate constitit.‘ Movetur enim in mente ipsius capace, sive angelica, sive humana, per ipsam et in ipsa de ipsa inquirente, et ut manifestius dicam, instruit eam indivise in primo impetu de unitatis ratione, ne separatio primae causae inferatur: impellit vero eam ad recipiendam etiam divinam atque inenarrabilem fecunditatem, mystice et occulte ei persuadens infecundum censendum nunquam esse hoc bonum sermonis et sapientiae, sive potestatis sanctificatoriae, coëssentialium et subsistentiam habentium, ne ex his tanquam congressis compositum esse divinum numen putetur, et non semper

τῆς καθ᾽ ὃν ὑπάρχει τρόπον ἐξετάσεως. Ἄνευ γὰρ ἐλλάμψεως ἐπιβάλλειν θεότητι τῶν ἀμηχάνων ἐστί. Λέγεται δὲ κινεῖσθαι πάλιν καὶ διὰ τὴν κατὰ μέρος φανέρωσιν τοῦ περὶ αὐτῆς τελεωτέρου λόγου κατὰ τὴν ἁγίαν γραφὴν, ἀπὸ τοῦ πατέρα ὁμολογεῖν ἀρχομένου, καὶ εἰς τὸ υἱὸν συνομολογεῖν πατρὶ προβαίνοντος, καὶ πατρὶ καὶ υἱῷ συμπαραδέχεσθαι
Cod. f. 204 b. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ συμπροσκυνεῖν | τοὺς διδασκομένους ἐνάγοντος τριάδα τελείαν μονάδι τελείᾳ, ἤγουν μίαν οὐσίαν καὶ θεότητα καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν.

Idem ibid. cap. 6., p. 527. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ἀλλ᾽ ἕτερον, οἶμαι, θέλων καὶ θέλησις, γεννῶν καὶ γέννησις, λέγων καὶ λόγος, εἰ μὴ μεθύομεν· τὰ μὲν ὁ κινούμενος, τὰ δὲ οἷον ἡ κίνησις. Οὔκουν θελήσεως τὸ θεληθὲν, οὐδὲ τὸ γεννηθὲν γεννήσεως (οὐδὲ γὰρ ἕπεται πάντως), οὐ δὲ τὸ ἀκουσθὲν ἐκφωνήσεως, ἀλλὰ τοῦ θέλοντος καὶ τοῦ γεννῶντος καὶ τοῦ λέγοντος. Τὰ τοῦ θεοῦ δὲ καὶ ὑπὲρ πάντα ταῦτα, ᾧ γέννησίς ἐστιν ἴσως ἡ τοῦ γεννᾶν θέλησις.

Πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς πάντα κινοῦντας τρόπον, πρὸς τὸ εὐεπίβατον αὐτοῖς εἶναι τὴν κατὰ τοῦ μονογενοῦς βλασφημίαν, καὶ λέγοντας θελήσεως, ἀλλ᾽ οὐ πατρὸς υἱὸν εἶναι τὸν μονογενῆ υἱὸν, ταῦτά φησιν ὁ σοφὸς διδάσκαλος, εὐδιάλυτον οὖσαν δεικνὺς πᾶσαν αὐτῶν ἐντεῦθεν τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανήν. Εἰ γὰρ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἃς ἴσως φαίη τις εἶναι συμπληρωτικὰς τῆς οὐσίας αὐτῆς, δύνασθαι μὲν ταύτας ἐνεργεῖν λέγομεν ἐν ᾗ σύνεισιν οὐσίᾳ, μὴ μέντοι καὶ κινεῖσθαι πάντως κατ᾽ ἐνέργειαν ἀποτελεσματικὴν χωρὶς τῆς τοῦ θέλοντος ἐπινεύσεως δύνασθαι. Εἰ δὲ καὶ δοθείη καθ᾽ ὑπόθεσιν τὸ ἴδιον ἐθέλειν αὐτὰς ἐνεργεῖν ἐκ τῆς φυσικῆς κινήσεως, χωρὶς τῆς τοῦ ταύτας, ἵν᾽ οὕτως εἴπω, κεκτημένου ῥοπῆς μηδὲν ἰσχεῖν αὐτὰς καθάπαξ ἀποτελεσματικῶς ἐνεργεῖν τῆς ἰδίας ὁρμῆς. Οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ πάντως τῇ δυνάμει τὸ ἔργον, μὴ ἐχούσῃ τὴν τοῦ οὗ ἐστι δύναμις ῥοπὴν, συνεισφέρουσαν αὐτῇ τὸ κατ᾽ ἐνέργειαν ἐν πράγματι τέλος,
Cod. f. 205 a. καθ᾽ ἑαυτὴν οὔσῃ ἀνυποστάτῳ. | Μάτην τὴν θέλησιν προεβάλοντο, μὴ οὖσάν τινος ἀποτελεστικὴν, χωρὶς τοῦ αὐτὴν ἔχοντός τε καὶ θέλοντος. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν ὁ διδάσκαλος. Οὐδὲ γὰρ ἕπεται πάντως δηλονότι τῇ θελήσει τὸ θεληθὲν, καὶ ταῖς λοιπαῖς ὡσαύτως τὰ λοιπὰ, χωρὶς τῆς τοῦ ταύταις ὑποκειμένου ἐν ᾧ καὶ εἰσὶ συνεισφορᾶς. Εἰ τοίνυν ἐκ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς παραδειγμάτων τεκμαίρεσθε τὰ θεῖα, ὦ οὗτοι, δέξασθε ταῖς ὑμῶν γοῦν αὐτῶν στοιχοῦντες ὑποθέσεσι τῶν ἅμα πάντως εἶναι τὰ κατὰ τὴν μέσην σχέσιν ἀλλήλοις

haec esse credatur. Moveri igitur deus dicitur ut causa quaestionis de modo quo ipse existat. Etenim sine illuminatione aggredi deitatem nunquam poteris. Rursus autem moveri dicitur etiam propter vicissitudinem manifestationis perfectioris circa ipsum rationis per sacram scripturam, quae initium facit patrem profitendo, et procedit in profitendum una cum patre filium, et ad recipiendum una cum patre filio spiritum sanctum, et ad trinitatem perfectam perfecta unitate, hoc est unam essentiam et deitatem et potestatem et actionem in tribus substantiis coniunctim et unâ venerandas instruit atque deducit.

Ex eodem sermone, in illud, ,Verum aliud, ni fallor, est volens, aliud voluntas, aliud gignens, aliud generatio, aliud qui loquitur, aliud sermo, nisi forte temulenti simus: horum enim alterum est is qui movet, alterum velut motus ipse. Non ergo voluntatis est volitum, nec generationis quod genitum est (neque enim hoc prorsus sequitur), nec locutionis quod auditum est, sed volentis et gignentis et loquentis. At quae in deo considerantur, supra haec quoque omnia sunt, utpote cui generatio fortasse sit ipsa gignendi voluntas.‘

Ad Arianos omnia perturbantes, quo unigenitum blasphemandi opportunitatem sibi facerent, atque filium voluntatis, non autem patris esse unigenitum filium statuentes, haec sapiens doctor dicit, facile esse demonstrans inde ad dissolvendum omne artificium contra veritatem structum. Nam si animae facultates, quas aliquis dixerit essentiae huius completorias esse, has quidem in qua simul insunt essentia agere statuamus, haud tamen item moveri per actionem effectum praestantem nisi per volentis nutum posse. Si autem etiam daretur sub condicione privatum et proprium velle eas agere ex naturali motu, tamen praeter eius qui eas possidet, ut ita dicam, libramento nihil eas ita ut perfectam administrent efficaciam proprii impetus posse. Neque enim omnino facultatem sequitur opus, quae eius cuius est facultas libramento caret, quod activam in facto consummationem ei adferat, dum ipsa per se est sine substantia. Frustra voluntatem proposuerunt, quae nihil perficit praeter eum qui ipsam habet et vult. Atque hoc est quod dicit magister. Nequaquam enim, ut apparet, voluntatem sequitur volitum, nec magis reliquas reliqua, sine eius quod his subiacet, in quo et insunt, collatione. Quod si de humanis nostris, o isti, exemplis divina

συνόντα, λέγω δὴ τὸν θέλοντα καὶ τὸ θεληθὲν, τὸν γεννῶντα καὶ τὸ γεννηθὲν, κατὰ τὴν σχέσιν, φημὶ δὲ τὴν θέλησιν καὶ τὴν γέννησιν, ἀλλήλοις συνόντα. Ὡς γὰρ τοῦ ὁρῶντος καὶ τοῦ ὁρωμένου χωρὶς οὐκ ἔστιν ὅρασις, οὔτε τοῦ νοοῦντος καὶ τοῦ νοουμένου νόησις, οὕτως οὐδὲ τοῦ γεννῶντος καὶ τοῦ γεννωμένου γέννησις, οὐδὲ τοῦ θέλοντος καὶ τοῦ θελομένου θέλησις, ὅτι μηδὲ ἕπεται θελήσει τὸ θεληθὲν, ὡς ἐδείχθη, χωρὶς τῆς τοῦ θέλοντος συνειςφορᾶς. Εἰ δὲ τῶν ἅμα ταῦτά ἐστι κατὰ τὴν σχέσιν, ἀκίνητος γὰρ ἡ ἐπ' ἀμφοῖν σχέσις, ἅμα ἦν ἄρα τῷ γεννῶντι πατρὶ, ἀεὶ ὄντι πατρὶ, διὰ γεννήσεως καὶ καθ' ὑμᾶς ὁ γεννώμενος υἱὸς, μὴ παραδεχόμενος καθ' οἱονδήποτε τρόπον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τοῦ γεννῶντος πατρὸς παρενθήκην χρόνου, καὶ οὐκ ἔτι θελήσεώς ἐστιν υἱὸς ὁ υἱὸς, ἀλλὰ τοῦ γεννῶντος πατρός. Καὶ ταῦτα, φησὶν, ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς παραδειγμάτων εἰρήσθω, τὰ δὲ τοῦ θεοῦ καὶ ὑπὲρ πάντα ταῦτα, ᾧ γέννησις ἴσως ἐστὶν ἡ τοῦ γεννᾶν θέλησις. Ἀμφέβαλε δὲ τοῦτο διὰ τοῦ Ἴσως ἐπιῤῥήματος διὰ τὸ καὶ ὑπὲρ θέλησιν εἶναι τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ γέννησιν. Cod. f. 205 b. Οὐ γὰρ μεσάζεται θελήσει ἐκ τοῦ | πατρὸς ὁ υἱὸς, οὐδὲ προεπινοεῖται τοῦ υἱοῦ καθ' ὁτιοῦν ἡ τοῦ πατρὸς θέλησις, ὅτι μηδὲ προϋπῆν ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, ὥςπερ οὐδὲ νοῦς λόγου τοῦ ἐξ αὐτοῦ, οὔτε φῶς τοῦ ἀπαυγάσματος. Ἅμα γὰρ τὸ εἶναι ἔχοντες καὶ θέλησιν μίαν ἔχουσιν ὅ τε πατὴρ καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως γεννηθεὶς υἱὸς, ἁπλῆν τε καὶ ἀδιαίρετον, ὥςπερ οὖν καὶ οὐσίαν μίαν καὶ φύσιν.

Idem ibid. cap. 15., p. 534. tom. I. Opp. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ἐπεὶ τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον τὴν ὅτι, Ὁ πατὴρ μείζων τῇ φύσει, ἔπειτα προςλαβόντα τὸ, Φύσει δὲ οὐ πάντως μεῖζον, οὐδὲ πατὴρ, συναγαγεῖν, Τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον, ἢ, Ὁ πατὴρ οὐ πάντως πατήρ.

Ἐπειδήπερ μείζονα τῷ αἰτίῳ τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα σοφῶς ὁ διδάσκαλος, ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς ὄντος τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς ὑπάρχοντος, διωρίζετο, προςλαβόντες οἱ Ἀρειανοὶ τὴν τὸ αἴτιον φύσει πρότασιν συνῆγον αὐτῷ κακούργως τὸ φύσει μεῖζον. Πρῶτον μὲν ἐπιλύεται γενναίως τὸ παραλελογισμένως ὑπ' αὐτῶν συναχθὲν εἰπὼν, Οὐκ οἶδα πότερον ἑαυτοὺς παραλογίζονται, ἢ τοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅσα κατά τινος λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου τούτῳ ῥηθήσεται· ἀλλὰ δῆλον κατὰ τίνος καὶ τίνα τοῦτ' ἔστιν. Οὐ γὰρ ὅσα κατὰ τοῦ αἰτίου ὡς αἰτίου, φησὶ, λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ φύσει ῥηθήσεται. Οὐκ ἔστι γὰρ λόγου τὰ κατά τινος φέρε εἰπεῖν σοφοῦ ἢ βασιλέως ὡς σοφοῦ ἢ ὡς βασιλέως λεγόμενα καὶ κατὰ τοῦ

aestimatis, vestris saltem ipsis condicionibus innisi necesse esse concedite ut quae secundum medium affectum sive relationem sese comitantur simul sint, volentem inquam et volitum, generantem et generatum, quae secundum affectum sive relationem, id est voluntatem et generationem, se invicem comitantur. Quemadmodum enim extra videntem et visum non est visus, neque cogitatio extra cogitantem et cogitatum, ita nec extra generantem et generatum generatio, nec extra volentem et volitum voluntas, quia, ut demonstratum est, nec volitum sequitur voluntatem sine eius qui vult collatione. Quod si simul sunt haec secundum affectum, immobilis enim amborum affectus, — contemporabat ergo generanti patri, patri qui semper erat, per generationem etiam secundum vos generatus filius, cum inter semet ipsum et patrem generantem nullo modo admittat intervallum temporis, neque est amplius voluntatis filius filius, sed patris generantis. Atque haec, inquit, ex humanis nostris dicta sint exemplis, at quae in deo considerantur, supra haec quoque omnia sunt, cui generatio fortasse est gignendi voluntas. In dubium vero id adduxit per ‚Fortasse' adverbium, propterea quod filii ex patre generatio etiam voluntatem superat. Neque enim separatur voluntate a patre filius, neque ullo modo patris voluntas cogitantibus nobis anticipat filium, quia nec pater antecedebat filium, non magis quam intellectus ante sermonem ex ipso, aut lux ante splendorem. Nam simul habentes existentiam unam pater et qui ex eo sine initio generatus est filius, et voluntatem habent simplicem atque individuam, ut etiam essentiam unam et naturam.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Alioqui quid prohibet quominus ipse quoque allata hac propositione, Pater maior natura est, ac deinde assumpta altera, Natura autem non omnino maior, nec pater, ita postremo concludam, Maius igitur omnino non maius, vel, Pater omnino non pater?'

Cum de causa maiorem filio patrem, quia ex patre sit filius, at non ex filio pater existat, doctor sapienter definiret, Ariani quod de natura causa sit propositione adsumpta ei maligne quod de natura maius sit collegerunt. Atque primum strenue quod isti prava ratiocinatione collegerunt diluit dicens, ‚Haud scio se ipsosne potius an eos ad quos dirigunt sermonem captiosa hac argumentatione circumveniant. Neque enim simpliciter quaecunque de aliquo dicuntur, etiam de isto dicentur quod ipsi subiacet: sed patet de quo, et quaenam dicantur. Nimirum quaecunque de causa tanquam

ὑποκειμένου τούτοις ῥηθῆναι, ὡς ἀνθρώπων, καὶ συμπαραλαμβάνειν ἀθέσμως τῷ τῆς οὐσίας ὅρῳ τῶν ὑποκειμένων τὰ κατὰ τῆς σοφίας ὡς σοφίας, καὶ τὰ κατὰ τῆς βασιλείας ὡς βασιλείας λεγόμενα, τὰ μηδὲν καθόλου τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας |
Cod. f. 206 a. ἐπικοινωνοῦντα ὡς συστατικὰς διαφορὰς αὐτῆς καὶ συμπληρωτικὰς τοῦ κατ' αὐτὴν ὅρου παραλαμβάνειν. Ἔπειτα σοφώτερον συμπλέξας αὐτοῖς ἐκ τῆς αὐτῶν προτάσεως συλλογισμὸν περιτρέπει αὐτοὺς ἑαυτοῖς. Ἔχει δὲ οὕτως· Ἐπεὶ τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον τὴν ὅτι, Ὁ πατὴρ μείζων τῇ φύσει, ἔπειτα προςλαβόντα τὸ, Φύσει δὲ οὐ πάντως μεῖζον, οὐδὲ πατὴρ, ἐντεῦθεν συναγαγεῖν, Τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον, ἢ, Ὁ πατὴρ οὐ πάντως πατήρ. Πρὸς δὲ τὸ σαφέστερον ἡμῖν γενέσθαι καὶ συνεκτικώτερον διαγράψωμεν, εἰ δοκεῖ, σχήματι τὸ λεγόμενον, ἐκ μὲν τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιχειρήσεως ἀρχόμενοι, εἰς δὲ τὴν τοῦ πατρὸς καταπαύοντες διδασκαλίαν.

Πρότασις Ἀρειανῶν, ἤγουν Εὐνομιανῶν, Εἰ φύσει αἴτιος ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, μείζων δὲ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, μείζων ἄρα τῇ φύσει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ. Ἐπίλυσις τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς περιτρέποντος τοὺς ἐναντίους, Εἰ φύσει μείζων καθ' ὑμᾶς ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, τὸ δὲ φύσει οὐ πάντως μείζων ἢ πατὴρ, τὸ μεῖζον ἄρα οὐ πάντως μεῖζον, ἢ ὁ πατὴρ οὐ πάντως πατήρ.

Οὕτω περιτρέπονται τοῖς οἰκείοις ἑαλωκότες μηχανήμασιν οἱ τὴν ἀλήθειαν ἀπαναινόμενοι, κενοὶ κενῶς τῆς εὐσεβείας ἐκτιναχθέντες. Ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων λόγων τὰ συμπεράσματα τῶν προτάσεων εἰσι συστατικὰ, τῶν δὲ συμπερασμάτων αἱ προτάσεις ὑπάρχουσιν ὁριστικαὶ, οἷς περιπεπτώκασιν ἐκ πολλῆς ἀμαθίας οἱ ἑαυτοὺς οἰόμενοι σοφούς.

Idem ibid. cap. 16., p. 535. tom. I. Opp. ed. Bened. Ἔστω δὲ καὶ ἐνεργείας, εἰ δοκεῖ, οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς αἱρήσετε. Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνεργηκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον, εἰ καὶ ἄτοπος ἄλλως ἡ τῆς περὶ τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις.

Ἐπειδὴ οἱ τὴν γλῶσσαν ὡςεὶ ξυρὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἠκονημένην ἔχοντες ἔλεγον δῆθεν ἐρωτῶντες, Ὁ πατὴρ οὐσίας
Cod. f. 206 b. ἐστὶν, ἢ ἐνεργείας ὄνομα; | ἵνα εἰ μὲν εἴπωμεν οὐσίας ὄνομα εἶναι τὸ πατὴρ, ἐντεῦθεν συναγάγωσι τὸ ἑτεροούσιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ὡς τῆς αὐτῆς οὐσίας δύο μὴ ἐπιδεχομένης καὶ διάφορα κυρίως ὀνόματα (εἰ γὰρ τὸ πατὴρ οὐσίας ἐστὶν ὄνομα, οὐκ ἄν ποτε τῆς αὐτῆς ὄνομα εἴη τὸ υἱός), εἰ δὲ ἐνεργείας, σαφῶς τοῦ πατρὸς ποίημα τὸν υἱὸν ὁμολογοῦντας δείξωσιν, ὡς ἐνέργημα, μετὰ τὸ τὴν κυριολεξίαν ἀντιθετικῶς διεξελθεῖν εὐθέως πρὸς αὐτοὺς τὸν διδάσκαλον εἰρηκότα οὔτε οὐσίας εἶναι τὸ πατὴρ ὄνομα, οὔτε ἐνεργείας,

causa, inquit, dicuntur, ea etiam de eo quod de natura est dicentur. Neque enim rationis est ea quae, ut exemplo hoc utar, de sapiente vel rege ut sapiente vel ut rege dicuntur etiam de eo quod his subiacet dicere, ut hominibus, et praeter legem essentiae definitione eorum quae subiacent una comprehendere quae de sapientia ut sapientia, quaeque de regno ut regno dicuntur, id est quae nihil omnino communicant cum ratione essentiae, ut differentias ipsam constituentes et complentes eius definitionem admittere. Deinde sapientius adiuncto eis ex propositione ipsorum syllogismo suo ipsorum eos gladio iugulat. Quae ita se habent: ‚Alioqui quid prohibet quominus ipse quoque allata hac propositione, Pater maior natura est, ac deinde assumpta altera, Natura autem omnino non maior, nec pater, ita postremo concludam: Maius igitur omnino non maius, vel, Pater omnino non pater.' Verum quo magis nobis fiat perspicuum et consummatum, age in formulam, si placet, redigamus quod dicitur, ab adversariorum conamine incipientes, et in patris doctrinam desinentes:

Propositio Arianorum, sive Eunomianorum: ‚Si pater natura filii causa est, et maior pater filio est, sequitur ut pater natura filio maior sit.' Solutio sancti nostri patris Gregorii ad absurdum deducentis et confutantis adversarios ita: ‚Si natura secundum vos pater maior est filio, id vero quod natura est nequaquam maius est patre, sequitur ut maius omnino non sit maius, aut ut pater omnino non pater sit.'

Ita confutantur suis ipsorum artificiis capti veritatis renegatores, et leves pietate leviter excutiuntur. De talibus enim dictis conclusiones constituunt propositiones, conclusiones autem definiunt propositiones, quibus se induerunt pro magna sua ignorantia illi qui sibi sapientes ipsis videntur esse.

‚Sit etiam actionis, si ita videtur, nec sic quidem causam obtinebitis. Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse patrem, ut consubstantialis ipsi filius esset; etsi alioquin absurditate non caret huiusmodi actionis opinio.'

Qui linguam tanquam novaculam contra veritatem acutam habent cum dicerent, interrogantes nimirum, Pater essentiaene est, an actionis nomen? ut, si essentiae quidem nomen esse ‚pater' statuerimus, inde alienae a patre substantiae filium esse colligant, quod eadem substantia duo et diversa proprie haud capiat nomina (nam si pater essentiae est nomen, nequaquam eiusdem sit ‚filius' nomen), sin actionis, ut clare atque aperte filium patris conditionem statuere nos, velut actione conflatum, ostendere habeant, postquam

ἀλλὰ σχέσεως, καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατηρ, η ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, συμπεριφορικῶς ἐνήγαγεν εἰπὼν, Ἔστω καὶ ἐνεργείας, εἰ τοῦτο δοκεῖ, καὶ ἐπιφέρει, Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον. Πῶς οὖν ἐνεργεῖ τὸ ὁμοούσιον; ζητῆσαι τις ἂν τυχὸν τῶν ἄγαν ἐξεταστικῶν καὶ μηδὲν τῶν συμφερόντων ἀγνοεῖν ἀνεχομένων. Τοῦτο δὲ κατὰ τοιόνδε τρόπον ὁμαλισθήσεται. Δύο καθόλου τὰς ἐνεργείας εἶναί φασιν ἐν τοῖς οὖσι, μίαν μὲν τὴν προάγουσαν ἐκ τῶν ὄντων φυσικῶς τὰ ὁμογενῆ καὶ ὁμοούσια καὶ ἑαυτοῖς πάντη ταὐτά. Καθ' ἣν συμπεριενεχθεὶς τοῖς λογολέσχαις ἐπιεικῶς πρὸς τὸ μικρὸν γοῦν ἐπισχεῖν αὐτοὺς τοῦ βλασφημεῖν φησιν ὁ διδάσκαλος, Ἔστω δὲ καθ' ὑμᾶς, κατὰ τὸν ἀποδοθέντα σκοπὸν τοῦ λόγου, καὶ ἐνεργείας ὄνομα ὁ πατήρ. Οἷς ἐπάγει, Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη ὁ πατὴρ, δηλονότι τὸ ὁμοούσιον, ὡς ἐνέργειαν οὐσιωδῶς ὑφεστῶσαν καὶ ζῶσαν, ὥςπερ οὖν ἀμέλει καὶ λόγον ζῶντα καὶ δύναμιν καὶ σοφίαν αὐθυπόστατον τὸν μονογενῆ θεοῦ λόγον καὶ υἱὸν τοῦ πατρὸς εἰρήκασιν οἱ θεόφρονες τῆς ἀληθείας διδάσκαλοι. Τὴν δὲ ἑτέραν ἐνέργειάν φασιν εἶναι τῶν ἐκτὸς ἀπεργαστικὴν, καθ'
Cod. f. 207 a. ἣν περί τι τῶν ἔξωθεν | καὶ ἑτεροουσίων ἐνεργῶν τις ἕτερόν τι τῆς ἰδίας οὐσίας ἀλλότριον ἐκ προϋποκειμένης ὕλης τινὸς κατασκευάζει. Ταύτην δὲ τὴν ἐνέργειαν ταῖς τέχναις ἐπιστημονικῶς συγκεῖσθαί φασι. Περὶ ἧς ὁ θεόφρων διδάσκαλός φησι, Εἰ καὶ ἄτοπος ἄλλως, παρ' ὃν ἐλήφθη δηλονότι τρόπον, ἡ τῆς περὶ τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις, καὶ μάλιστα ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ λαμβανομένης, ἐφ' ὧν οὐδὲ τὴν πρώτην κυρίως δέξασθαι ὁ εὐσεβὴς ἀνέχεται νοῦς, διὰ τὸ καὶ ὑπὲρ ταύτην εἶναι τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἅμα τῷ πατρὶ καὶ ἐν τῷ πατρὶ ἄφραστον καὶ ἀπερινόητον ὕπαρξιν τοῦ μονογενοῦς.

Greg. Nazianz. Orat. Theol. IV, de Filio, cap. 8., p. 545. tom. I. Opp. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ β' περὶ Υἱοῦ λόγου, εἰς τὸ, Θεὸς δὲ λέγοιτο ἂν οὐ τοῦ λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ. Πῶς γὰρ εἴη τοῦ κυρίως θεοῦ θεός; ὥςπερ καὶ πατὴρ οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ λόγου δέ. Καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς, ὥςτε τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως· ἐναντίως δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡμῶν γὰρ κυρίως θεὸς ὁ θεὸς, οὐ κυρίως δὲ πατήρ.

Τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν θετέον, τοῦ πατὴρ καὶ τοῦ θεὸς, ὡς ἀμφοῖν ἐπὶ Χριστοῦ κυρίως λέγεσθαι δυναμένων διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν. Χριστοῦ γὰρ πατὴρ κυρίως ἐστὶν ὁ θεὸς, ὡς υἱοῦ καὶ θεοῦ λόγου καὶ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος ὑπάρχοντος καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ θεοῦ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ πάλιν κυρίως ἐστὶν, ὡς ἀνθρώπου κατὰ ἀλήθειαν ὄντος διὰ τὴν σάρκα, καὶ ἑνὸς τῶν ἀνθρώπων χρηματίζοντος·

de propriis nominibus contra disputavit magister statimque dixit neque essentiae patris nomen esse, neque actionis, sed relationis, et quomodo ad filium se pater, aut filius ad patrem se habeat, comiter infert dicens, ,Sit etiam actionis, si ita videtur', et addit, ,Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse patrem ut consubstantialis ipsi filius esset.' Quomodo igitur, quaeret fortasse aliquis curiosior et nihil quod utile sit ignorare sustinens, quomodo agit ut consubstantialis filius sit? Quod hoc fere modo explanabitur. Duas in universum actiones in rebus statuunt, quarum una est quae ex iis quae sunt naturaliter procreat quae sint eiusdem et generis et essentiae, sibique ipsis eadem ubique et constantia. De qua veluti morigerans argutulis illis recte magister, quo paullisper saltem a blasphemando eos prohibeat, dicit, ,Esto vero secundum vos', secundum disputationis propositum, ,esto etiam actionis nomen pater'; et his subiungit, ,Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse patrem', id est ut consubstantialis ipsi filius esset, tanquam efficeret actionem essentialiter substantem et viventem, quemadmodum et sermônem profecto vivum et potestatem et sapientiam per se ipsam substantem unigenitum dei sermonem et filium patris divini veritatis doctores dixerunt. Alteram autem actionem ad externa efficienda pertinere statuunt, qua quis circa externum aliquid et alienae essentiae agens alienum quid a propria essentia atque diversum ex materia iam prius existente instituit. Hanc autem actionem cum artibus secundum scientiam communicari et compositam esse aiunt. De qua divinus doctor, ,Etsi', inquit, ,alioquin absurditate non caret', iuxta quam videlicet rationem accepta est, ,huiusmodi actionis opinio', praesertim si de patre et filio accipitur, de quibus ne priorem quidem proprie actionem statuere nos pius sensus patitur, propterea quod etiam hanc superat ineffabilis et incomprehensibilis unigeniti substantia, qua ex patre et cum patre et in patre est.

Ex secundo de Filio sermone, in illud, ,Deus vero dicatur non ratione verbi, sed partis quae in oculorum sensum cadit. Quo enim modo illius, qui proprie deus est deus dici queat? Quemadmodum pater non humanitatis, sed verbi respectu. Duplici quippe natura constabat; quo fit ut alterum de utroque proprie dicatur, alterum improprie, contra quam in nobis se res habet. Deus enim proprie noster deus est, non autem proprie pater.'

,Alterum proprie de utroque' est ponendum, et de patre et de deo, ut quorum utrumque proprie potest de Christo

τὰ γὰρ τῶν μερῶν τοῦ ἐξ αὐτῶν ὅλου κυρίως κατηγορεῖται, ὡς ἐπιδεχομένου πάντα κυρίως τὰ φυσικῶς προσόντα τοῖς μέρεσιν, ἐξ ὧν καὶ ὑφέστηκε. Τὸ δὲ οὐ κυρίως ὡςαύτως ἐπ' ἀμφοῖν ληπτέον, τοῦ θεὸς καὶ τοῦ πατὴρ, ὡς ἀμφοῖν ἐπὶ Χριστοῦ κυρίως λεχθῆναι μὴ δυναμένων, διὰ τὴν φυσικὴν διαφορὰν τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε φύσεων. Τὰ γὰρ τῷ κατὰ σύνθεσιν ὅλῳ προσόντα θατέρου τῶν ἑαυτοῦ μερῶν οὐδέποτε κυρίως κατηγορηθήσεται. Ἐναντίως δὲ ἢ
Cod. f. 207 b. ἐφ' ἡμῶν | ἔχει, τουτέστιν ἔμπαλιν καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡνίκα γὰρ τὴν διαφορὰν θεωρῶ τῶν φύσεων, καὶ τὴν αὐτῶν κατ' ἐπίνοιαν ποιοῦμαι διάκρισιν, οὐ δύναμαι τὸ ἐπ' ἀμφοῖν κυρίως τιθέναι, τοῦ πατὴρ φημι καὶ τοῦ θεός. Οὐ γὰρ κυρίως τοῦ λόγου θεός ἐστιν ὁ πατὴρ, οὐ δὲ κυρίως πατὴρ τῆς σαρκός ἐστιν ὁ θεός. Ἐναντίως δὲ, τουτέστιν ἔμπαλιν δὲ, ἢ ἀντιστρόφως δὲ, τοῦ τε κυρίως δηλονότι καὶ οὐ κυρίως, ἐπί τε τῆς ἑνώσεως καὶ τῆς μίας ὑποστάσεως, ἐπί τε τῆς διαφορᾶς τῶν φύσεων καὶ τῆς κατ' ἐπίνοιαν αὐτῶν διακρίσεως λαμβανομένων, ὡς τῆς μὲν μίας ὑποστάσεως κυρίως θεὸν καὶ πατέρα λεγόμενον, ὡς ἑνὸς Χριστοῦ, τὸν θεὸν ἐπιδεχομένης κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν, τῆς δὲ κατ' οὐσίαν διαφορᾶς τῶν φύσεων ἔμπαλιν τὸ μὴ κυρίως ἐπιδεχομένης, καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν θεὸς ὁ θεὸς, ὥςπερ καὶ τῆς τοῦ λόγου σαρκὸς, οὐ κυρίως δὲ πατὴρ, ὥςπερ οὐδὲ τῆς τοῦ λόγου σαρκός. Ἐνηλλαγμένως οὖν τὰ τοῦ ὅλου τοῖς μέρεσι, καὶ τῷ ὅλῳ τὰ τῶν οἰκείων μερῶν ἐκφωνητέον, καὶ ἔσται ῥᾳδία καὶ σαφὴς ἡ τοῦ προκειμένου κατάληψις. Καὶ ἵνα σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, ἡνίκα μὲν ὡς ὑπόστασις ὁ Χριστὸς θεωρεῖται, τὸ κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τοῦ θεὸς λέγω καὶ τοῦ πατὴρ, θετέον, ἡνίκα δὲ διὰ τὴν ἀσύγχυτον ὕπαρξιν τῶν ἐν οἷς καὶ ἐξ ὧν ἐστιν αἱ τοῦ Χριστοῦ φύσεις θεωροῦνται, τὸ ἔμπαλιν θετέον, ὅπερ ἐστὶ τὸ μὴ κυρίως, καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς λέγων ὁ διδάσκαλος διὰ τοῦ ἐπαγαγεῖν, Καὶ τοῦτο ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐπαλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν
Cod. f. 208 a. σύγκρασιν. Σημεῖον δὲ, ἡνίκα αἱ | φύσεις διΐστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιήρηνται καὶ τὰ ὀνόματα. Τουτέστιν, ἕως ὑπόστασιν μίαν σκοπεῖς τὸν Χριστὸν, ἡ κατ' ἐπαλλαγὴν τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξίς ἐστιν ἀδιαίρετος, ἐπειδὰν δὲ ταῖς ἐπινοίαις διαστήσῃς τὰς συμπληρούσας τὴν μίαν ὑπόστασιν τοῦ Χριστοῦ φύσεις, συνδιεῖλες ταῖς φύσεσι καὶ τὰ ὀνόματα· ἢ πάλιν, ἐπείπερ τὴν φύσιν διπλοῦς ὁ Χριστὸς, ἄμφω κατηγορεῖται αὐτοῦ, τὸ θεὸς καὶ πατὴρ, κυρίως μὲν ἡνίκα συνεκφωνεῖται καταλλήλως ταῖς φύσεσι τὰ ὀνόματα, οὐ κυρίως δὲ ὅταν ἡ κατὰ φύσιν ἑκατέρου τῶν ἐξ ὧν ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶ θατέρῳ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν ἐνηλλαγμένως ἀντιδίδοται κτῆσις. Ὅπερ ποιεῖν μὴ γινώσκοντες, ἢ

dici propter substantiae unitatem. Christi enim pater proprie est deus, quia filius et deus sermo et unus sanctae trinitatis existit vel post carnificationem, ut etiam dei eiusdem Christi rursus est proprie, quia homo revera est propter carnem, et unus hominum appellabatur; quae enim partium sunt, ea de toto, quod inde consistit, proprie praedicantur, quia proprie recipit quaecunque naturaliter inhaerent partibus, unde etiam constant. ‚Alterum improprie de utroque' aeque capiendum est, et de deo et de patre, quia utrumque vocabulum de Christo proprie dici nequit, propter naturalem earum ex quibus et in quibus consistit naturarum differentiam. Quae enim ei quod de compositione totum est adhaerent de una alterave partium suarum, ea nunquam proprie praedicabuntur. ‚Contra' autem ‚quam in nobis se res habet', hoc est rursus ut de nobis se habet res. Quando enim naturarum specto differentiam, easque cogitatione discerno, de utroque proprie ponere non possum, de patre inquam et de deo. Haud enim proprie sermonis deus est pater, neque proprie pater carnis est deus. ‚Contra quam', hoc est rursus vero, vel contrario modo, quod nimirum pertinet ad illud ‚proprie' et ‚improprie', ad unitionem et substantiae unitatem, ad differentiam naturarum et ad discrimen quo mente percipimus, cum substantiae unitas proprie dici deum et patrem, ut unius Christi, de causa praedicta deum admittat cumque rursus essentialis naturarum differentia improprie dici recipiat, quemadmodum in nobis se res habet. Noster enim proprie deus est deus, ut etiam sermonis carnis, sed non proprie, pater, ut nec sermonis carnis. Invicem enim atque mutuo quae totius sunt debemus partibus, quaeque propriarum est partium toti debemus tribuere, atque facilis erit et perspicua eorum quae tractantur comprehensio. Et quo magis perspicuum fiat quod dico, quando ut substantiam contemplamur Christum illud ‚proprie de utroque', de deo inquam et patre, ponendum, quando autem per existentiam inconfusam eorum in quibus et ex quibus constant Christi naturae, illud ‚rursus' ponendum, quod est non proprie, quemadmodum in nobis se res habet. Et hoc significat manifesta magistri oratio, cum subiciat, ‚Atque hoc est quod haereticos in errorem inducit, nempe nominum horum coniunctio, permutatis videlicet inter se nominibus propter naturae utriusque connexionem.' Argumento est quod cum naturae animo et cogitatione distinguuntur, simul quoque nomina dividuntur. Hoc est, quamdiu Christum unam contemplaris substantiam, nominum secundum permutationem coniunctio individua est, ubi autem intellectu discriminaveris naturas quae Christi substantiae unitatem consummant, una cum naturis nomina quoque discriminabis; aut rursus, cum Christus duplex natura sit, utrumque de eo

κυριώτερον εἰπεῖν μὴ ἀνεχόμενοι, οἱ τότε καὶ οἱ νῦν αἱρετικοὶ τὸν μονογενῆ θεὸν λόγον βλασφημεῖν οὐ παραιτοῦνται, οἱ μὲν εἰς κτίσμα κατάγοντες διὰ τὰ ἀνθρώπινα, οἱ δὲ τὴν οἰκονομίαν συγχέοντες διὰ τὴν ἄρνησιν τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων. Ἄλλος δὲ πάνυ τὰ θεῖα σοφὸς τοῦτον ἐρωτηθεὶς παρ' ἐμοῦ τὸν τόπον ἔφη, Τὸ μὲν κυρίως, τὸ δὲ οὐ κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τῆς αὐτῆς ἐστι κατηγορίας τῆς σχετικῆς, εἴτε τῆς πατὴρ, εἴτε τῆς θεὸς, ἢ καὶ ἑκατέρας, ὡς ἐφ' ἑνὸς Χριστοῦ τιθεμένης, τοῦ συνεστῶτος ἐκ δυοῖν τῶν ἐναντίων, κυρίως καὶ οὐ κυρίως. Εἰ μὲν θεὸς ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ λεχθείη κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τῶν δύο φύσεων, κυρίως μὲν τοῦ κτίσματος ἂν λέγοιτο, οὐ κυρίως δὲ τοῦ θεοῦ λόγου. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων πατὴρ κυρίως τοῦ λόγου, τοῦ δὲ κτίσματος οὐ κυρίως, καθὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔχει ταῦτα λεγόμενα. Ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν θεὸς, οὐ κυρίως δὲ πατήρ. Ταύτην ἀποδεξάμενος ἐγὼ τοῦ σοφοῦ τὴν ἐπιβολὴν ὡς καλῶς ἔχουσαν συνεῖδον ἐνταγῆναι τῷ γράμματι.

Idem ibid. cap. 9., p. 545 tom. I. Opp. ed. Bened. Cod. f. 208 b.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Λαμβάνειν αὐτὸν, δηλαδὴ τὸν Χριστὸν, ζωὴν, | ἢ κρίσιν, ἢ κληρονομίαν ἐθνῶν, ἢ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἢ δόξαν, ἢ μαθητὰς, ἢ ὅσα λέγεται, καὶ τούτοις ἐπαγαγεῖν τὸν διδάσκαλον ὅτι, Καὶ τοῦτο τῆς ἀνθρωπότητος, εἶτα προσεπαγαγεῖν, Εἰ δὲ καὶ τῷ θεῷ δοίης, οὐκ ἄτοπον. Οὐ γὰρ ὡς ἐπίκτητα δώσεις, ἀλλ' ὡς ἐξαρχῆς συνυπάρχοντα, καὶ λόγῳ φύσεως, ἀλλ' οὐ χάριτος.

Πρὸς ἐμαυτὸν περὶ τούτου πολλάκις διαπορήσας, πῶς καὶ τίνι λόγῳ, καθὼς φησιν ὁ διδάσκαλος, ὃ κατὰ φύσιν ἔχει λαμβάνειν ὁ θεὸς λέγεται, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἐμαυτὸν πληροφορῆσαι, τέλος καλῶς ἔχειν ἔρεσθαι γέροντα σοφὸν διέγνων, ὅςτις τὸν περὶ τούτου λόγον ἐπιστημόνως μάλα διΐθυνεν οὑτωσὶ λέγων, ὅτιπερ καθ' ὑπόθεσιν εἰδῶμέν τινα σαφηνίζοντά τισι τὰς τῶν ὄντων φύσεις, ἐρεῖν πρὸς αὐτοὺς, Δῶμεν τῷ θεῷ τὸ παντοδύναμον, τὸ σοφὸν, τὸ ἀγαθὸν, τὸ δίκαιον, ὡςαύτως τῇ κτίσει τὸ δοῦλον, τὸ ὑπήκοον, τὸ περιγραπτὸν, τὸ ἐκ μὴ ὄντων ὑποστῆναι, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ὡς τῆς φύσεως ἑκάστου ἐν ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀπαιτούσης τὰ ἴδια. Φάσκων οὖν ὁ τυχὼν τὸ, Δῶμεν τῷ θεῷ, οὐχὶ τὸ μὴ προσὸν αὐτῷ παρεῖχεν, ἀλλ' ὅπερ ἡ φύσις ἔχει. Τοῦτο γὰρ τὸ Δῶμεν σημαίνει οἷον τὸ διορίζειν· τὴν φύσιν διὰ τῶν αὐτῇ προσόντων ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων. Τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα λέγοντα τὸν διδάσκαλον εὐσεβῶς ἐκδέχου, Εἰ δὲ καὶ τῷ θεῷ δῶμεν, τουτέστι τῆς φύσεως

praedicatur, et deus et pater, proprie quidem quando naturis convenienter nomina simul pronuntiantur, improprie autem quando naturalis utriusque possessio eorum unde et in quibus existit quod existit alterutri propter substantiae unitatem invicem attribuitur. Quod cum facere nesciant, aut, ut magis proprie dicam, non sustineant et refragentur, veteres et hodie qui extant haeretici unigenitum deum Sermonem blasphemare non detrectant, nunc ad creaturam eum deprimendo propter humana, nunc dispensationem confundendo per earum unde constat naturarum renegationem. Alius vero divinarum rerum peritissimus a me consultus in hunc fere modum, interpretatus est: Hoc ‚proprie' et illud ‚improprie de utraque' eiusdem est praedicationis relativae, sive patris, sive dei, sive etiam utriusque nominis, ut de uno Christo usurpatae, qui ex duobus contrariis constat, id est ex eo quod ‚proprie' et ex eo quod ‚non proprie.' Itaque si deus Christi pater duarum naturarum respectu dicetur, ‚proprie' sane ad creaturam pertinebit, ‚improprie' autem ad deum sermonem. Item ex adverso pater pertinebit ‚proprie' ad sermonem ad creaturam contra ‚improprie', prout etiam apud nos haec uti dicuntur se habent. Noster enim ‚proprie' quidem deus est, ‚improprie' autem pater. Quam observationem a sapiente illo acceptam, cum elegans sit, libro inserendam esse putavi.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Accipere eum, id est Christum, vitam aut iudicium aut gentium haereditatem aut omnis carnis potestatem aut gloriam aut discipulos, aut cetera eius generis quae dicuntur', quodque magister hisce subiungat, ‚Hoc quoque ad humanitatem spectat', et deinceps, ‚Quamquam ut haec etiam deo tribuamus, nulla inde absurditas consequetur. Non enim velut asciticia ei tribues, sed quae velut a principio una cum ipso extiterint, et ratione naturae, non gratiae.'

De hoc mecum saepenumero cum haesitassem, quomodo et qua ratione, ut ait magister, deus quod natura habet accipere dicatur, cumque mihi satisfacere non potuissem, denique senem sapientem adire satius visum est, qui eam quaestionem quam perite expedivit ita locutus: Si quem rerum naturae aliquibus interpretem se praestare velle fingamus, ille suis auditoribus dicet, Demus deo omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, iustitiam, aeque conditioni servitium, oboedientiam, circumscriptionem, de nihilo existentiam, et quae ex his consequuntur, prout natura utriusque in com-

τὸ προςὸν αὐτῇ πρὸς τῶν διευκρινούντων τὰ πράγματα λαμβανούσης.

Idem ibid. cap. 11., p. 546. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ εἶναι.

Καὶ τοῦτο τὸν προλεχθέντα σοφὸν ἐρωτήσας γέροντα ἔφη μὴ ἠρτῆσθαι τὸ μὴ εἶναι τῷ προλεχθέντι, ἵνα μὴ συναχθῇ τὸ εἶναι τὸ εἶναι τὸν Θεὸν πονηρὸν, Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ | εἶναι πονηρὸν, ἀλλ' εἶναι πονηρὸν, κατὰ κοινοῦ τοῦ πονηρὸν κειμένου. Δύο γὰρ ἀρνήσεις μίαν συγκατάθεσιν ἐπάγουσιν. Ἔστιν οὖν ἀρνητικὸν τὸ ἀδύνατον, συμπλεκόμενον δὲ τῷ μὴ εἶναι πονηρὸν, συνάγει τὸ πονηρὸν εἶναι. Ὅπερ οὐχ οὕτως ἔχει, μὴ γένοιτο. Ἀλλ' ἕκαστον ἀπὸ ἰδίας ἀρχῆς ἔχει τὸν εἱρμὸν, ἵνα ᾖ τὸ κῶλον οὕτως ὁμαλιζόμενον, Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεὸν, καὶ στίξαι καὶ πάλιν ἄρξασθαι νοήματος ἑτέρου καὶ προσεπαγαγεῖν, Ἢ μὴ εἶναι, ἀντὶ τοῦ ἀνύπαρκτον εἶναι.

Cod. f. 209 a.

Idem ibid. cap. 21., p. 556. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ἔχεις τὰς τοῦ υἱοῦ προςηγορίας, βάδιζε δι' αὐτῶν, ὅσαι ὑψηλαὶ, θεϊκῶς, καὶ ὅσαι σωματικαὶ, συμπαθῶς, μᾶλλον δὲ ὅλον θεϊκῶς, ἵνα γένῃ θεὸς κάτωθεν ἀνελθὼν διὰ τὸν κατελθόντα δι' ἡμᾶς ἄνωθεν.

Ὁ τὸν νοῦν διὰ τῆς ὑψηλῆς θεωρίας κατὰ τὴν ἑκάστου τῶν θείων ὀνομάτων ἐπίνοιαν καταφωτίσας καὶ πρὸς τὸν ἀρχικὸν ἑκάστου καὶ πνευματικὸν λόγον ἀναγαγών τε καὶ μεταποιήσας, καὶ τοῖς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνοις τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς καθυποτάξας τῷ πνεύματι, ὑπήκοός τε μέχρι θανάτου γενόμενος, οὗτος ἀληθῶς βάδιζε διὰ τῶν θείων προςηγοριῶν ἀμέμπτως κατά τε πνεῦμα καὶ σάρκα, τὴν θείαν καὶ πρὸς θεὸν ἄγουσαν πορείαν ποιούμενος, ὑψηλῶς μὲν κατὰ τὴν μυστικὴν θεωρίαν διὰ τῶν ὑψηλῶν ὀνομάτων, συμπαθῶς δὲ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν, διὰ τῶν σωματικῶν πρὸς τὴν ἄνω λῆξιν ἐπειγόμενος, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον θεϊκῶς, ὡς θεωρετικῆς οὔσης καὶ τῆς πράξεως καὶ λογικῆς χάριτος μὴ ἀμοιρούσης· ἀλλ' ὅτου χάριν τὴν πρὸς τὴν σάρκα γνωμικὴν ἀλλοτρίωσιν διὰ τῆς τελείας περιτομῆς τῶν αὐτῆς φυσικῶν κινημάτων εἵλετο σαφῶς ὑπαγορεύων ὅτιπερ, ἵνα γένηται καὶ αὐτὸς χάριτι θεὸς, [1] ὑπὲρ τὴν ὕλην κατὰ σάρκα διὰ τῆς πράξεως, καὶ κατὰ νοῦν διὰ θεωρίας ὑπὲρ τὸ

---

1. In apographo extat ὑπὲρ τὴν ὑλικὴν κατὰ σάρκα τῆς πράξεως, quae supplevi et emendavi.

munibus notionibus sua propria sibi quaeque vindicat. His igitur ille verbis, ‚Demus deo‘, ei quod non adhaerebat non tribuit, sed quod naturae peculiare est. Hoc enim ‚demus‘ significat veluti definire naturam per ea quae ipsi adhaerent ab eis quae non sunt eiusmodi. Pari modo hic quoque doctorem nostrum pie accipe dicentem, ‚Quamquam ut haec etiam deo tribuamus‘, hoc est dum natura quae sibi adhaerent ab rerum gnaris examinatoribus attributa accipit.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Ut enim impossibile esse dicimus deum malum esse, aut omnino non esse.‘

Etiam hoc quaesivi a sapiente sene supra memorato, qui respondit non pertinere illud ‚non esse‘ ad ea quae praecesserunt, ne scilicet illud ‚esse‘ suspicemur significare esse deum malum: ‚Ut enim impossibile esse dicimus deum malum esse, aut non esse‘ malum, sed esse malum, illo ‚malum‘ ex communi posito. Duae enim negationes unam efficiunt affirmationem. Quo fit ut illud negativum ‚impossibile‘ cum illo ‚non esse malum‘ coniunctum efficiat ut malus sit. Quod ita non est. Absit. Sed suum unumquodque a suo proprio principio nexum habet, ut membrum orationis illud ita complanetur: ‚Quemadmodum enim impossibile esse dicimus malum esse deum‘, post quae incidendum est, ut rursus alterum enuntiatum inde additum incipiat, ‚Aut non esse‘, id est existentia carere.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Habes filii appellationes, per eas incede, per eas, inquam omnes quae sublimes sunt, divine, per corporeas autem humane, immo vero prorsus divine, ut ex imis hisce ascendens fias deus propter eum qui propter nos de supernis descendit.‘

Qui mentem sublimi contemplatione per uniuscuiusque divinarum appellationum interpretationem illustravit et ad principalem cuiusque et spiritualem rationem subduxit atque transformavit, ac laboribus pro virtute susceptis prudentiam carnis spiritui subiecit, ad mortem usque oboediens factus, is vere incede ‚per divinas appellationes‘ et spiritu inreprehensibiliter et carne, divinum iter et quod ad deum ducit ingrediens, ‚sublimis‘ quidem secundum mysticam contemplationem per sublimes appellationes, ‚eademque patiens‘ secundum practicam philosophiam, dum per corporalia ad supernam properas quietem, ‚immo vero prorsus divine‘, cum contemplativa tua etiam sit actio et rationali gratia non indigeat; sed

Cod. f. 209 b. εἶδος, | ἐξ ὧν ἡ τῶν ὄντων ὕπαρξις ὑφέστηκεν, ἑαυτὸν καταστήσας, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, κατὰ τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ἄϋλος καὶ ἀνείδεος πάντη γενόμενος, διὰ τὸν δι' ἡμᾶς ἐν ὕλῃ καὶ εἴδει καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς ἐξ ἡμῶν γενόμενον θεὸν λόγον, τὸν κατὰ φύσιν κυρίως ἄϋλον καὶ ἀνείδεον. Ἢ καὶ πάλιν τὸ Μᾶλλον δὲ ὅλον θεϊκῶς, διὰ τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ κατορθώσαντι τὴν ἐφικτὴν ἀνθρώποις ἀρετὴν καὶ γνῶσιν, ἐκ τῆς πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὸν πλησίον συμπαθείας, ἀπάθειαν, ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ὀφειλῆς πάσχειν καὶ τὴν ψυχὴν ἑτοίμως προΐεσθαι, ὡς κηλίδων παντάπασιν ὑπάρχων ἐλεύθερος.

Greg. Naz. Or. in Theophan. cap. 2., p. 664. tom. I. Opp. ed. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὰ Γενέθλια λόγου, εἰς τὸ, Νόμοι φύσεως καταλύονται· πληρωθῆναι δεῖ τὸν ἄνω κόσμον. Χριστὸς κελεύει· μὴ ἀντιτείνωμεν.

Κατὰ ἀλήθειαν οἱ νόμοι τῆς φύσεως καταλυθέντες τὴν τοῦ ἄνω κόσμου πλήρωσιν εἰργάσαντο. Δηλονότι μὴ [1] καταλυθέντων ἐλλιπὴς ἂν ὁ ἄνω κόσμος διέμεινε καὶ ἀπλήρωτος. Τίνες δὲ οἱ καταλυόμενοι νόμοι τῆς φύσεώς εἰσιν; Ἡ διὰ σπορᾶς σύλληψις καὶ ἡ διὰ φθορᾶς ἐστιν, ὡς οἶμαι, γέννησις, ὧν οὐδέτερον τὴν ἀληθινὴν τοῦ θεοῦ σάρκωσιν καὶ τελείαν ἐνανθρώπησιν παντελῶς ἐχαρακτήρισε. Σπορᾶς γὰρ ἀληθῶς ἡ σύλληψις, καὶ φθορᾶς γέγονε πάμπαν ἡ γέννησις, καθαρὰ καὶ ἀνέπαφος, καὶ διὰ τοῦτο παρθένος καὶ μετὰ τὸν τόκον τοῦ γεννηθέντος ἡ μήτηρ, διὰ τοῦ τοκετοῦ μᾶλλον ἀπαθὴς διαμείνασα, ὃ καὶ παράδοξον καὶ πάντα φύσεως νόμον τε λόγον ἐκβεβηκὸς, καὶ θεὸς ὁ ἐξ αὐτῆς σαρκὶ γεννηθῆναι καταξιώσας, διασφίγξας αὐτῇ μᾶλλον ὡς μητρὶ τὰ
Cod. f. 210 a. τῆς παρθενίας | δεσμὰ διὰ τῆς γεννήσεως. Τὸ θαυμαστὸν ὄντως καὶ πρᾶγμα καὶ ἄκουσμα, γέννησιν γενέσθαι βρέφους καὶ πρόοδον, τῶν γεννητικῶν κλείθρων τῆς τεκούσης μὴ ἀνοιγέντων. Ἔδει γὰρ ὄντως, ἔδει τὸν ποιητὴν τῆς φύσεως δι' ἑαυτοῦ τὴν φύσιν ἐπανορθούμενον πρώτους καταλῦσαι τοὺς νόμους τῆς φύσεως, οἷς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς παρακοῆς τὴν αὐτὴν τοῖς ἀλόγοις ζώοις τοὺς ἀνθρώπους ἔχειν τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς ἰδιότητα κατεδίκασε, καὶ οὕτω τῆς πρώτης καὶ ὄντως θείας δημιουργίας τοὺς νόμους ἀνανεώσασθαι, ἵνα ὅπερ ὁ ἄνθρωπος ἐξ ἀπροσεξίας ὡς ἀσθενὴς ἠφάνισε, τοῦτο διὰ φιλανθρωπίαν ὁ θεὸς ὡς δυνατὸς ἐπανορθώσηται. Εἰ τοίνυν οἱ διὰ τὴν ἁμαρτίαν νόμοι τῆς φύσεως ἐν Χριστῷ κατελύθησαν, καὶ πᾶσα δουλοπρεπὴς τῶν παθῶν ἐπανάστασις διὰ τῆς παρουσίας τοῦ λόγου παντελῶς ἀπεγένετο, πληρωθῆναι δεῖ πάντως τὸν ἄνω κόσμον, ὡς φησιν ὁ διδάσκα-

1. Apographum καταλυθέντες.

cuius gratia voluntatis a carne alienationem perfecta eius naturalium motionum circumcisione ceperit aperte indicat, nimirum ut etiam ipse gratia deus fieret, super materiam in carne per actionem, inque mente per contemplationem super formam, ex quibus rerum natura constat, sese constituens, et ut totum edicam, secundum habitum virtutis et cognitionis immaterialis et formae expers plane factus per deum Sermonem qui propter nos in materia et forma revera ad nos de nobis pervenit, qui natura sua proprie est immaterialis formaeque expers. Vel etiam rursus, illud ‚Immo vero prorsus divine', dixit propter eius, qui virtutem ac cognitionem quantas hominibus liceret exercuit, ex dei et proximi amore, liberum ab affectu statum, quo de aliorum debito patiatur animamque libenter proiciat, utpote ab omnibus omnino naevis et maculis liber.

Eiusdem ex sermone in Nativitatem, in illud, ‚Leges naturae solvuntur; impleri oportet et consummari mundum supernum. Christus iubet: ne obsistamus.'

Leges naturae revera solutae superni mundi consummationem effecerunt. Nimirum non solutis eis supernus mundus imperfectus mansisset atque inconsummatus. Quaenam sunt autem istae quae solvuntur leges naturae? Est conceptio per sationem, et per interitum, ut puto, generatio, quarum neutra veram dei incarnationem perfectamque humani corporis assumptionem plene designavit. Sationis enim vere fuit conceptio, et interitus omnino generatio, pura atque immaculata, propptereaque vel post generati partum virgo mater, cum per id quod peperit potius sine passione permaneret, id quod etiam mirum et praeter omnem naturae legem atque rationem factum est, uti deus qui ex illa in carne nasci dignatus est, qui virginitatis vincula illi, ut matri, potius adstrinxit per generationem. Id quod factu non minus quam auditu vere admirandum est, generari nimirum infantem et partu edi, genitalibus claustris matris non apertis. Necesse erat enim revera, necesse erat ut naturae conditor per semet ipsum naturam emendans primas naturae leges dissolveret, quibus peccatum propter inoboedientiam parem cum irrationalibus animalibus homines damnaverat habere ex semet ipsis successionem continuandae stirpis, et primae adeo ac revera divinae creationis leges innovaret, ut quod homo ex neglegentia, ut infirmus, perdidisset, hoc deus de clementia sua, ut potens, restauraret. Si igitur leges naturae de peccato impositae in Christo solutae sunt, et omnis affectuum servilis insurrectio de Sermonis adventu penitus remota est, necesse est omnino ut supernus mundus consummetur, ut

λος. Καὶ πρὸς τοῦτο μὴ ἀντιτείνωμεν. Εἰ γὰρ ὁ παλαιὸς ὑπὸ [2] τὴν ἁμαρτίαν Ἀδὰμ ψιλὸς ἄνθρωπος ὢν τοὺς πρώτους ἐν πνεύματι νόμους τῆς φύσεως διὰ τῆς παρακοῆς καταλύσας τὸν κάτω κόσμον ἐπλήρωσε τῶν κατ' αὐτὸν σαρκὶ γεννηθέντων εἰς φθορὰν, τῷ ὁμοιώματι τῆς αὐτοῦ παραβάσεως γενόμενος ἀρχηγὸς, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ, πόλλῳ μᾶλλον ὁ ἀναμάρτητος νέος, ὁ Ἀδὰμ Χριστὸς ὁ Θεὸς τοὺς διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπεισαχθέντας τῇ φύσει νόμους τῆς ἀλογίας καταλύσας, ὡς λόγος, τὸν ἄνω κόσμον πληρωσείην ἂν δικαίως τῶν κατ' αὐτὸν εἰς ἀφθαρσίαν πνεύματι γεννωμένων, τῷ ὁμοιώματι τῆς αὐτοῦ ὑπακοῆς γενόμενος ἀρχηγός. Καὶ ἀπιστείτω μηδεὶς τῶν κἂν μικρὸς ἐπῃσθημένων τῆς τοῦ θεοῦ δυναστείας καὶ τὸ μέγεθος αὐτῆς μὴ ἀγνοούντων. Οὕτω μὲν οὖν ὁ ἄνω
Cod. f. 210 b. κόσμος πληροῦται | τῶν κατὰ Χριστὸν ἐν πνεύματι γεννωμένων, καὶ οὕτω πέρας δέχεται πρόσφορον ὁ κατὰ σάρκα νόμος καὶ τῆς κάτω γεννήσεως, καὶ πρὸς τὸν ἄνω κόσμον πάντα ἀναῤῥυθμίζεται.

Ἄλλη ἐπιβολὴ εἰς τὸ αὐτό.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἄλλον νοῦν πρὸς τούτοις ὁ τοῦ διδασκάλου λόγος ἔχων μοι φαίνεται, λεκτέον καὶ τοῦτον ὡς καθ' ἡμᾶς ἐστι δυνατὸν, θεοῦ τὸν λόγον ἰθύνοντος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις. Ἡ μόνη τῶν ὅλων αἰτία καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς ἐν παραβολαῖς κρυφίως διδάσκων πρόβατον θείας ἑκατοντάδος ἀποφοιτῆσαν, καὶ δραχμὴν θείας δεκάδος παραπολομένην, καὶ υἱὸν ἄσωτον [1] ἀφραδῶς τοῦ πατρὸς ἀποπηδήσαντα καὶ ἀδελφικῆς θείας δυάδος τὴν ὁμόνοιαν λύσαντα, τὸν ἄνθρωπον ἐκάλεσε πρόβατον μὲν ὡς προνοητὸν, οἶμαι, καὶ ἀγόμενον, καὶ ταττόμενον, καὶ τριῶν χρειωδῶν τῷ κεκτημένῳ παρεκτικὸν, μαλοῦ καὶ ἀμνοῦ καὶ γάλακτος, ὡς τρεφόμενόν τε καὶ τρέφοντα, τῷ λόγῳ τε καὶ τῷ τρόπῳ τῆς φυσικῆς θεωρίας, καὶ ἐνδυόμενον καὶ ἐνδύοντα τῷ τρόπῳ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας, καὶ πλουτοῦντα καὶ πλουτίζοντα κατὰ τὴν τοῦ ὁμοίου γέννησιν τῷ μυστηρίῳ τῆς ἀληθοῦς ἐποψίας· δραχμὴν δὲ, ὡς λαμπρὸν καὶ βασιλικὸν, καὶ τῷ τῆς εἰκόνος λόγῳ χαρακτηριστικὸν τῆς θείας ἀρχετυπίας, καὶ ὅλης ὑπάρχοντα τῆς θεϊκῆς ὡραιότητος ὡς ἐφικτὸν δεκτικόν· υἱὸν δὲ, ὡς κληρονόμον τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν καὶ ἰσότιμον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν ἐκ χάριτος δωρεάν. Τοῦτον δὲ τὸν ἄνθρωπον ὡς μὲν πρόβατον πλανηθέντα ὁ προνοητὴς θεὸς ζητήσας ὡς ποιμὴν εὗρε, καὶ τοῖς οἰκείοις ὤμοις ἐπιθεὶς πρὸς τὴν τῶν συννόμων ἐπανήγαγε μάνδραν· ὡς δὲ εἰκόνα συγχωσθεῖσαν |
Cod. f. 211 a. τοῖς πάθεσι καὶ τὸ ἀρχικὸν κάλλος ἀχρειώσαντα ὡς σοφία τὴν ἑαυτοῦ σάρκα λύχνου τρόπον ἐξάψας τῷ φωτὶ τῆς ἑαυτοῦ

---

2. A prima manu scriptum est τῆς ἁμαρτίας in cod. Gud.

ait magister. Et contra hoc ne obstrepamus. Nam si vetus, qui peccato subiacebat, Adam simplex et exilis homo, primas in spiritu leges naturae inoboedientia dissolvit inferioremque mundum prole replevit de suo semine et in carne sata in interitum, transgressionis suae similitudine princeps factus, et nemo obloquetur, multo magis qui sine peccato est novus Adam Christus deus leges irrationalitatis naturae de peccato inlatas dissolverit, ut ratio, superioremque mundum recte iis repleverit quos ex se in spiritu generat interitus expertes, oboedientiae suae similitudine princeps factus. Et nemo fidem deneget eorum qui vel paululum senserunt dei imperium eiusque magnitudinem agnoverunt. Sic igitur superior mundus repletur iis qui de Christo in spiritu generantur, et sic finem sortitur convenientem carnalis et inferioris huius generationis lex, et ad superiorem mundum aequabili omnia ordine dispunguntur.

Alia in idem observatio.

Cum vero aliam quoque magistri sermo interpretationem admittere mihi videatur, haec quoque pro viribus meis erit proponenda, deo in evangeliis ipso sermonem dirigente. Sola et unica rerum universarum causa atque deus meus Iesus in parabolis occulte docens de ove quae de divino centum numero aberravit, et de drachma quae de divina decade amissa est, et de filio prodigo qui et patrem inconsiderate dereliquit et fraternae divinae dyadis concordiam solvit, hominem appellavit ovem quidem, ut cuius cura habetur, puto, quique agitur et in ordinem redigitur possessorique suo tria necessaria praestat, lanam et agnum et lac, ut qui alitur et alit, ratione et modo naturalis contemplationis, et qui vestitur et vestit modo moralis philosophiae, et qui ditatur et ditat secundum paris generationem mysterio verae intuitionis. Item drachmam, utpote nitidam et regalem imaginisque verbo divinam originem exprimentem, et omnis divinae pulchritudinis quam potest fieri capacem. Item filium, ut paternorum bonorum haeredem et pari cum patre honore fruentem de gratiae munere. Hunc vero hominem tanquam ovem errantem deus providentia sua vestigatam ut pastor invenit, suisque humeris iniectam ad consortium ovile reduxit. Ut imaginem vero affectibus conspurcatam et regali forma orbatam Sermo, ut sapientia sui ipsius carnem in lucernae modum incensam luce divinitatis suae invenit, et magni gaudii occasionem hanc inventionem facit, qua divinae decadis defectum supple-

1. Apographum ἀφϑαδῶς.

Cod. f. 217 b. ἢ πάσχοντα τὴν πρακτικὴν | καὶ τὴν φυσικὴν καὶ τὴν θεολογικὴν κατὰ συμπλοκὴν δι' ἀλλήλων ποικίλως ἡμῖν εἰςηγοῦνται φιλοσοφίαν, ἑκάστου δηλαδὴ τῶν ὠνομασμένων πολυτρόπως ταῖς περὶ αὐτὸ κατὰ τὴν θεωρίαν ἐπινοίαις ἐπαινετῶς ἢ ψεκτῶς λαμβανομένου, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῷ ποιητέους ἢ οὐ ποιητέους, ἢ φυσικοὺς ἢ ἀφυσίκους, ἢ νοητοὺς ἢ ἀνοήτους λόγους ἐκφαίνοντος. Διττὸς γάρ, ὡς ἔφην, ὁ ἐφ' ἑκάστῳ λόγῳ τρόπος ἐστὶ, κατὰ τὸ δυνατὸν τῷ ποιουμένῳ τὴν ἐπ' αὐτοῖς συνετῶς τῆς θεωρίας ἐξέτασιν, ἵνα ἔκ τε τῆς τῶν ποιητέων καὶ φυσικῶν καὶ νοητῶν λόγων θέσεως, καὶ ἐκ τῆς τῶν οὐ ποιητέων καὶ ἀφυσίκων καὶ ἀνοήτων φαντασιῶν ἀφαιρέσεως, ἡ πρακτικὴ καὶ ἡ φυσικὴ καὶ ἡ θεολογικὴ περιποιηθῇ τοῖς εὐσεβέσι φιλοσοφία, ταὐτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν, φιλοθεΐα. Καὶ αὗται δὲ πάλιν τῷ τε παρόντι καὶ τῷ μέλλοντι διαιροῦνται, ὡς σκιὰν ἔχουσαι καὶ ἀλήθειαν, καὶ τύπον καὶ ἀρχετυπίαν. Ὡς δ' ἂν ὑπερφυῶς τε καὶ ὑψηλῶς δυνατόν ἐστι κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀκρότατον φθάσαντες μέτρον τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως καὶ τῆς σοφίας περιγενέσθαι τὴν τῶν θείων ἐπιστήμην, ἐν τύπῳ καὶ εἰκόνι τῶν ἀρχετύπων ἐστί. Τύπος γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς πᾶσα παρ' ἡμῶν νῦν εἶναι νομιζομένη ἀλήθεια, καὶ σκιὰ τοῦ μείζονος λόγου καὶ εἰκών. Ὁ ἐν ὅλοις κατὰ τὸ παρὸν πρὸς τὸ μέλλον καὶ τῶν ὅλων ποιητικὸς λόγος κατανοούμενός ἐστιν ὡς ἐν τύπῳ καὶ ἀληθείᾳ, καὶ ὢν καὶ φαινόμενος, ὡς ὑπὲρ τὸ παρὸν καὶ τὸ μέλλον ὤν, καὶ ὑπὲρ τύπον καὶ ἀλήθειαν, τῷ μηδὲν ἔχειν ἀντικείμενον συνθεωρούμενον. Ἀν-
Cod. f. 218 a. τίκειται δὲ τῇ ἀληθείᾳ τὸ ψεῦδος. | Ὑπὲρ ἀλήθειαν ἄρα ὁ πρὸς ὃν τὰ πάντα συνάγεται λόγος, καὶ αὖθις, ὡς ἄνθρωπος καὶ θεὸς ὑπάρχων, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ὢν ἀληθῶς ἀνθρωπότητά τε καὶ θεότητα. Συνάγονται τοίνυν οἱ μὲν πρότεροι πέντε τρόποι κατὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς πολύτροπον θεωρίαν εἰς πρακτικὴν καὶ φυσικὴν καὶ θεολογικὴν φιλοσοφίαν, αὗται δὲ πάλιν εἰς τὸ παρὸν καὶ εἰς τὸ μέλλον, ἤτοι τύπον καὶ ἀλήθειαν, τὸ παρὸν δὲ καὶ τὸ μέλλον εἰς τὸ ἀρχικὸν, ἤγουν τὸν ἐν ἀρχῇ λόγον, τὸν ποιοῦντα παθεῖν αὐτὸν καὶ ἰδεῖν τοὺς ἀξίους αὐτοῦ γενομένους, καὶ διὰ τῶν εἰρημένων φιλοπόνως τὴν πρὸς αὐτὸν .ποιησαμένους πορείαν, καὶ τὴν δι' αὐτοὺς γενομένην δεκάδα δι' αὐτὸν ποιησαμένους μονάδα, τὴν αὐτοὺς ἐκτινάξαν παντὸς ἐμπαθοῦς τε καὶ φυσικοῦ καὶ νοητοῦ κινήματος, καὶ τὴν ἐν χάριτι θείαν αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁλόκληρον ἕξιν ἐμμορφώσασαν τῆς κατὰ φύσιν θείας ἁπλότητος ἰδιότητα. Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τῆς μὲν προνοίας ὁ λόγος τῇ φυσικῇ, καὶ ὁ τῆς κρίσεως λόγος τῇ πρακτικῇ κατέσπαρται φιλοσοφίᾳ; κατὰ τοὺς αὐτοῖς πρέποντας τρόπους, οἷς διὰ τῆς θεωρίας τῶν ὄντων τε καὶ γινομένων ἐμφαίνονται. Ταῦτα, καθὼς εἴρηται, νενοηκότα τὸν θεόφρονα τοῦτον διδάσκαλον [2] οἶμαι προςφόρως τοὺς ὀνομασθέντας ἁγίους

simpliciter ut paucis dicam, dum faciunt aut patiuntur, activam et naturalem et theologicam de mutuo earum inter se nexu varie nobis introducunt philosophiam, cum unumquodque eorum nimirum quae dicta sunt multifariam contemplationis circa se ipsum cogitationibus cum laude aut vituperio accipiatur, suasque rationes faciendas aut non faciendas, naturales aut innaturales, intellegibiles aut non intellegibiles ostendat. Duplex enim, uti dixi, uniuscuiusque rationis modus est, ad facultatem eius qui contemplationis in eis explorationem prudenter instituit, ut ex faciendorum et naturalium et intellegibilium rationum positione, et ex phantasiarum non faciendarum et innaturalium et non intellegibilium ademptione activa et naturalis et theologica pariatur piis philosophia, vel quod idem est, dei amor. Quae rursus dividuntur praesenti ac futuro, cum umbram et veritatem habeant, et typum et archetypiam. Quod si egregiam homo atque sublimem hoc saeculo habet facultatem summum adipiscendi virtutis et cognitionis et sapientiae modum excellendique scientia rerum divinarum, habet in typo et imagine archetyporum. Typus enim revera omnis nostra nunc quae censetur veritas est, et umbra maioris rationis atque imago est. Ratio ea quae in universis in praesentia ad usque futurum inest, universorum conditrix, cum tam in typo quam in veritate insit, tam existere intellegitur quam videri, cum tam praesentiam quam futurum tam typum quam veritatem superet, eo quod nihil oppositum, quod secum una spectetur, habet. Oppositum autem veritati est mendacium. Itaque veritatem superat ea ad quam universa colliguntur ratio, pariterque rursus, ut homo et deus, etiam omnem revera humanitatem et divinitatem superat. Colliguntur igitur priores quidem quinque rationes de multifaria ipsarum contemplatione in activam et naturalem et theologicam philosophiam, hae vero rursus in praesentiam atque futurum, id est typum atque veritatem, praesentia vero et futurum in principale, sive in rationem, id est Sermonem, quae erat in principio, quae semet pati et videre facit eos qui sui digni facti fuerint, et per ea quae dicta sunt summo cum studio ad sese iter, et decadem per ipsos factam per ipsum effecerint monadem, de omni eos motione passioni obnoxia et naturali et intellectuali decussuram, divinamque in gratia eis secundum integrum habitum informaturam divinae naturaliter simplicitatis proprietatem. Sciendum autem hoc quoque est, providentiae rationem naturali, iudicii rationem activa esse philosophia satam, secundum modos convenientes, in quibus per eorum quae existunt et fiunt contemplationem manifestantur. Hoc, uti dixi, intel-

2. ὡς οἶμαι habet liber scriptus.

ἐκ τοῦ κατὰ γένος καὶ ἀξίαν τρόπου τῆς ἐπ' αὐτοῖς θεωρίας καλέσαι, τὸν δὲ μέγαν Ἰωάννην καὶ ἐκ τοῦ τόπου. Διόπερ ὁ μὲν ἅγιος Ἰωάννης, ὡς μὲν κῆρυξ μετανοίας, πράξεώς ἐστιν εἰκών, ὡς δὲ ἐρημίτης, ἀπαθείας, ὡς Λευΐτης δὲ καὶ ἱερεὺς, γνωστικῆς θεωρίας, ὡς δὲ τοῦ λόγου προσκιρτήσας ἀπὸ γαστρὸς, ἀτρεψίας καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἕξεώς ἐστι σύμβολον· ὁ δὲ ἅγιος Δαβὶδ, ὡς μὲν Ἰουδαῖος |
Cod. f. 218 b. καὶ ποιμὴν, τὴν δι' ἐξομολογήσεως πρακτικὴν φιλοσοφίαν εἰκονίζεται, ὡς δὲ βασιλεὺς Ἰσραὴλ, τὴν θεωρητικὴν εἰςηγεῖται μυσταγωγίαν. Γένος οὖν τοῦ μὲν ἁγίου Ἰωάννου τὸ ἔθνος καὶ ἡ φυλὴ ἐξ ὧν ὑπῆρχε, ἀξία δὲ τὸ κήρυγμα καὶ ἱερωσύνη, καὶ τόπος ἡ ἔρημος ἐν ᾗ διῆγε· τοῦ δὲ ἁγίου Δαβὶδ ὡςαύτως, τὸ μὲν γένος τὸ ἔθνος ἐστὶ καὶ ἡ φυλὴ, τὸ δὲ ἐπιτήδευμα, ἤγουν ἡ ἀξία, ἡ ποιμαντικὴ καὶ ἡ βασιλεία. Αἷς ἑκάτερος, ἀναλόγως ἑαυτῷ κατὰ τὸν πρέποντα λόγον τῶν ἐπ' αὐτῷ λεγομένων τρόπων θεωρούμενος, τὸ δι' αὐτοῦ δηλούμενον ἀπταίστως μυστήριον δείκνυσιν.

Greg. Naz. Or. in Theophan. cap. 18., tom. I. Opp. p. 675. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ἂν εἰς Αἴγυπτον φεύγῃ, προθύμως συμφυγαδεύθητι· καλὸν τῷ Χριστῷ συμφεύγειν διωκομένῳ. Ἂν ἐκ Αἰγύπτῳ βραδύνῃ, κάλεσον αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, καλῶς ἐκεῖ προςκυνούμενον.

Δεῖ, καθάπερ οἶμαι, πρὸς τῷ γινώσκειν εἰς Αἴγυπτον φυγόντα τὸν κύριον καὶ ὑπὸ τίνος διωκόμενον κατὰ τὸ ἀκόλουθον εἰδέναι. Φεύγει τοίνυν ὁ κύριος οὐ μόνον ἁπλῶς εἰς Αἴγυπτον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Ἡρώδου διωκόμενος, τοῦ τηνικαῦτα τῆς Ἰουδαίας γῆς βασιλεύοντος. Ἑρμηνεύεται δὲ ὁ Ἡρώδης, ὥς φασι, πάθος, καὶ δερμάτινος, καὶ φύσις, ἡ δὲ Αἴγυπτος καὶ αὐτὴ πολλαχῶς λαμβάνεται, κατὰ τὰς ἐπ' αὐτῇ τῶν θεωρητικῶν τρόπων ἐπινοίας, ποτὲ μὲν εἰς τὸν ἐνεστῶτα κόσμον, ποτὲ δὲ εἰς τὴν σάρκα, ποτὲ δὲ εἰς τὴν ἁμαρτίαν, ποτὲ δὲ εἰς τὴν ἄγνοιαν, ποτὲ δὲ εἰς τὴν κάκωσιν, καθ' ἣν μάλιστα νῦν ἐπιβολὴν πρέπον ἐστὶν ἐκδέξασθαι τὴν εἰς Αἴγυπτον τοῦ κυρίου φυγήν. Καλὸν οὖν ἐστι συμφεύγειν εἰς Αἴγυπτον τῷ Χριστῷ, τουτέστι τῷ ἐν ἡμῖν διαγνωστικῷ θείῳ λόγῳ, διὰ νηπιότητα τέως διωκομένῳ, δι' ἡμᾶς τοὺς κατ' αὐτὸν νηπιάζοντας, ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος ἡμῶν ἔτι καὶ βασιλεύοντος διὰ τῶν ἐμπαθῶν τῆς σαρκὸς κινημά-
Cod. f. 219 a. των | χοϊκοῦ φρονήματος, εἰς τὴν διὰ τῆς πρακτικῆς κάκωσιν, ἕως οὗ θάνατος ἡμῖν μηνυθῇ διὰ τῆς ἀπαθείας τῶν ζητούντων τὴν ψυχὴν τοῦ ἐν ἡμῖν νηπιάζοντος θειοτάτου λόγου, τουτέστι τῶν τὴν ἡμῶν κατὰ τὸν λόγον θεοτελῆ ζωὴν νεκρῶσαι θελόντων, καὶ τὴν Χριστοειδῆ κατάστασιν, ἤγουν ἕξιν,

lectu atque consilio divinum hunc arbitror magistrum sanctos, quos appellavit, congruenter ex modo contemplationis eorum vocasse secundum genus et dignitatem, magnum vero Iohannem etiam de loci modo. Quare sanctus Iohannes, ut paenitentiae praeco, actionis est imago, ut eremita, impassibilitatis, ut Levita et sacerdos, gnosticae contemplationis, ut vero rationis ex utero exsultans, constantiae et habitus virtutis et cognitionis symbolum est: sanctus contra David, ut Iudaeus et pastor, activam per confessionem philosophiam figurat, ut rex Israel, contemplativam introducit mystagogiam. Genus igitur sancti Iohannis gens est et tribus unde originem ducebat, dignitas vero praeconium et sacerdotium, et locus desertum ubi versari solebat: sancti contra Davidis pari modo genus est gens et tribus, munus, id est dignitas, pastorale officium et regnum. Quibus, philosophia inquam activa et contemplativa mystagogia, si uterque sibi convenienter secundum congruentem modorum in eis indicatorum rationem spectatur, mysterium per semet manifestatum sine ‚ullius offensione' demonstrat.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Si in Aegyptum profugiat, alacri animo te ipsi fugae comitem adiunge; praeclarum est cum Christo persecutionem patiente fugere. Si diuturniorem in Aegypto moram faciat, ex Aegypto eum voca, qui rite illic adoratur et colitur.'

Debemus, ut opinor, cum dominum in Aegyptum fugisse sciamus, nosse etiam consequenter quemnam persecutorem fugerit. Fugit igitur dominus non solum simpliciter in Aegyptum, sed etiam ab Herode, Iudaeae terrae tunc temporis rege petitus. Herodis vero, uti tradunt, interpretatio est passio, et pelliceus, et natura, Aegyptus autem ipsa multifariam refertur, secundum contemplativorum in ea modorum rationes, modo ad praesentem mundum, modo ad carnem, modo ad peccatum, modo ad ignorantiam, modo ad vexationem, qua potissimum interpretatione domini in Aegyptum fugam nunc accipere debemus. Praeclarum est igitur cum Christo in Aegyptum fugere, id est cum diiudicatore in nobis sermone divino, propter infantiam tamdiu persecutionem patiente, propter nos qui eo infantes sumus; persecutionem patiente a terrena quae in nobis adhuc per motus carnis affectibus obnoxios dominatur voluntate, in vexationem per activam, donec per impassibilitatem mors nobis indicata fuerit eorum qui divini in nobis infantis sermonis animae insidiantur, hoc est eorum qui nostram secundum sermonem in deo consummatum vitam mortificare student, constitutionem-

ἴχνος τῆς ποτε τυραννίδος εἰκότως ἀφεὶς, ὥςτε βοᾶν διὰ Χριστοῦ δύνασθαι τοὺς τῆς ἐλευθερίας τετυχηκότας, καὶ πρὸ
Cod. f. 220 a. τῆς | γενικῆς ἀναστάσεως διὰ τὴν ἤδη γεγενημένην αὐτοῖς τῆς
1 Cor. 15, 55. προαιρέσεως ἐθελούσιον ἀνάστασιν, Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; τὴν ἡδονὴν λέγοντες τῆς σαρκὸς καὶ τὴν συνημμένην αὐτῇ τῆς ψυχῆς ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀπάτην, δι᾽ ὧν ποτε πρὸ τοῦ Χριστοῦ κρατῶν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὁ παμμίαρος διάβολος ἀφειδῶς διετίτρα τῷ κέντρῳ τῆς ἡδονῆς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ φιλονείκως τῷ ξίφει τῆς ἀπάτης πρὸς ἀπώλειαν αὐτὴν ὑπεσύρετο.

Greg. Naz. Or. in Sancta Lumina cap. 6., p. 680. tom. I. Opp. ed. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὰ Φῶτα λόγου, εἰς τὸ, Εἴπερ ἀσεβεῖν αὐτοὺς ἔδει πάντως, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης ἀποπεσεῖν, εἰς εἴδωλα κατενεχθέντας καὶ τέχνης ἔργα καὶ χειρῶν πλάσματα, μὴ ἄλλο τι κατ᾽ αὐτῶν εὔξασθαι τοὺς νοῦν ἔχοντας, ἢ τοιαῦτα σεβασθῆναι καὶ οὕτω τιμῆσαι.

Τούτων ἀναγνωσθέντων εἴπατε, Τινὲς τῶν ἀκροωμένων ἐπέσκηψαν τῷ διδασκάλῳ, φάσκοντες μὴ δίκαιον εἶναι τοὺς νοῦν ἔχοντας καὶ εὐαγγελικῶς ζῆν προθεμένους κατά τινος εὔξασθαι τοιαῦτα σεβασθῆναι καὶ οὕτω τιμῆσαι. Πρὸς οὓς ἐμὸν μὲν οὐδὲν, ὃ δὲ παρά τινος γέροντος τὰ θεῖα σοφοῦ καὶ τὴν τῶν πατέρων περὶ πολλοῦ ποιουμένου διδασκαλίαν ἐδιδάχθην περὶ τούτου, φημί. Ὁ ἅγιος καὶ μακάριος πατὴρ ἡμῶν καὶ διδάσκαλος Γρηγόριος, ὦ οὗτοι, (ὡς γὰρ παροῦσιν αὐτοῖς διαλεχθήσομαι), θεασάμενος τοὺς Ἕλληνας προηγουμένως οὕτως ἀλόγως πλανηθέντας, καὶ τῆς περὶ τοῦ κυρίως ὄντος θεοῦ πάμπαν ἐννοίας ἀπαχθέντας, συμπαθείας νόμῳ ταῦτα διέξεισιν, ἵνα ἐκ τῆς τῶν σεβασμάτων ἀλογίας τε καὶ εὐτελείας, μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν βδελυρίας, πολλῆ τῶν ἐπιχειρηματικῶν λόγων αὐτοῖς γενομένη τῶν σεβασμάτων ἀνασκευῆ ῥάστη γένηται αὐτοῖς πρὸς ὀρθοτομίαν ἡ ἄνοδος,
Cod. f. 220 b. προσέτι γε μὴν | καὶ μηδέ τινα τούτων κακοδοξίᾳ κατασυρῆναι, διὰ τὸ τὴν ἀπάτην ἐκ τοῦ προχείρου πᾶσιν εὔδηλον εἶναι καὶ εὐφώρατον, μηδενὶ τιμίῳ δοκοῦντι συγκαλύπτουσαν τὸ λανθάνον κακόν.

Idem ibid. cap. 8., p. 682. tom. I. Opp. ed. Bened

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Οὗ δὲ κάθαρσις, ἔλλαμψις, ἔλλαμψις δὲ πόθου πλήρωσις, τοῖς τῶν μεγίστων, ἢ τοῦ μεγίστου, ἢ ὑπὲρ τὸ μέγα ἐφιεμένοις.

Φασὶν οἱ τῶν θείων ἐπιστήμονες μυστηρίων ὅτι ἔνθα κάθαρσις ψυχῆς ἡ διὰ τῶν ἀρετῶν, ἐκεῖ καὶ ἔλλαμψις γνώσεως μετὰ τὴν εὐσεβῆ τῶν ὄντων διάσκεψιν ἀναφαίνεται, πρὸς τὴν τοῦ θείου κατανόησιν τὴν ψυχὴν ἀναβιβάζουσα, καὶ τὸν

minationis, ut par est, relinquat, ut liberati per Christum possint vel ante generalem resurrectionem propter ultroneam voluntatis quae ipsis iam contigit, resurrectionem exclamare, ‚Ubi est tuus, o mors, stimulus? ubi tua, o Orce, victoria?‘ carnis voluptatem et quae cum ea iuncta est animae de ignorantia fraudem dicentes, quibus olim ante Christum in humanam naturam dominatus nequissimus diabolus voluptatis stimulo hominum naturam nimium quantum convulnerabat, et contentiose gladio fraudis ad perniciem trahebat.

Eiusdem ex sermone in Lumina, in illud, ‚Si quidem omnino eos impietate constringi atque ad simulachra et artis opera manuumque figmenta prolapsos a dei gloria deici oportebat, nihil aliud ipsis cordati homines imprecari possent, quam ut talia venerarentur, talibusque honoribus afficerent.‘

His perlectis, Quidam, inquitis, auditorum magistrum improbarunt, homines cordatos atque evangelice vivere cupientes talia alicui imprecari ut veneretur talibusque honoribus ut afficiat iustum esse negantes. Adversus quos ego quidem nihil; quod vero a sene quodam divinarum rerum sapiente patrumque doctrinam plurimi faciente de hoc doctus sum, dicam. Sanctus et beatus noster pater atque magister Gregorius, o isti, (colloquar enim cum eis tanquam si adsint) Graecos videns praecipue versari in tanta erroris stultitia, et a notione eius qui proprie est dei prorsus abductos, commiserationis lege talia persequitur, ut inde quod ea quae coluntur ratione carent, et ex vilitate, aut quod magis proprie est dicere, scurrilitate eorum, post crebram sermonum quibus is cultus expugnatus est refutationem, facillimus eis ad rectam viam fiat reditus, insuper vero etiam ne quis horum prava opinione trahatur, propterea quod fraus omnibus sit in promptu et facile ad deprehendendum, cum neminem honestum malum quod delitescat celet.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Porro ubi purgatio, illic illuminatio, illuminatio autem desiderii summa est, iis utique qui maximarum rerum, vel potius maximae rei, atque adeo magnitudinem omnem superantis, cupiditate flagrant.‘

Divinorum mysteriorum periti affirmant ubi purgatio animae sit per virtutes facta, ibi etiam illuminationem cognitionis post institutam piam rerum quae sunt considerationem apparere, quae mentem ad dei perceptionem adigat atque

πόθον αὐτῆς προσηλοῦσα τῷ ἐσχάτῳ τῶν ὀρεκτῶν, ὅπερ
ἐστὶν ὁ Θεός, ὁ ἐν τοῖς μεγίστοις καὶ ἐν τῷ μεγίστῳ καὶ
ὑπὲρ τὸ μέγα κυρίως ὑπάρχων καὶ γινωσκόμενος· ἐν τοῖς
μεγίστοις μέν, ὡς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ὁμοουσίοις καὶ
ὁμοδυνάμοις, ἀσυγχύτοις τε τῇ ἀκριβεῖ καὶ ἀμεταβόλῳ περὶ
ἑκάστην ἰδιότητι, ἀγεννησίᾳ λέγω καὶ γεννήσει καὶ ἐκπορεύ-
σει· ἐν τῷ μεγίστῳ δέ, διὰ τὸ κατ' οὐσίαν ἓν καὶ ταὐτὸν
καὶ μοναδικὸν τῆς θεότητος· ὑπὲρ τὸ μέγα δέ, διὰ τὸ μὴ
ποσῷ τινι ἢ μεγέθει ἢ πηλικότητι περιγράφεσθαι καὶ πέρασί
τισι διαλαμβάνεσθαι τὸ θεῖον. Πᾶν γὰρ μέγεθος πεπερα-
σμένον ἐστί, τὸ δὲ θεῖον μόνον ἀπέραντον, ᾗ φησιν ὁ μέγας
Psalm. 48, 1. Δαβίδ, Μέγας κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, καὶ τῆς μεγαλω-
Psalm. 145, 3. σύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας, ὡς οὐδενὶ περιορισμῷ περατού-
μενον, διὸ καὶ ἄπειρον, μὴ ἔχον φθάνουσαν αὐτὸ τὴν οἱανοῦν
χρόνου καὶ φύσεως ἔννοιαν, καθ' ἣν ἡ τεχνικὴ τῶν λογικῶν
ἐπιχειρημάτων μέθοδος τοῖς τὰ τοιαῦτα σπουδασταῖς ἐπε-
νοήθη δι' ἣν μάλιστα καὶ μεθ' ἧς ἀδόκιμοι περὶ τὴν τῆς
ἀληθείας εὕρεσιν ἀπεδείχθησαν, πᾶν ὃ τοῖς σφῶν αὐτῶν λο-
Cod. f. 221 a. γισμοῖς μὴ γέγονεν ἁλωτόν, μήτε εἶναι τὸ παράπαν | πιστεύ-
σαντες. Δηλοῖ δὲ τὰ προειρημένα λέγων ὁ διδάσκαλος ἐκ
τοῦ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι λόγοις. Λέγει οὖν
Greg. Naz. Or. ἐν τῷ εἰς τὸν Καταπλοῦν τῶν ἀπὸ Αἰγύπτου λόγῳ, θεολο-
in Aegypt. Adv. cap. 8., p. 623. γικῶς οὑτωσὶ διεξιὼν περὶ τῆς ἀκτίστου καὶ θείου οὐσίας,
tom. I. Opp. ed. Bened. καὶ τῆς κτιστῆς καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης φύσεως, Κα-
λεῖται δὲ ἡ μὲν θεός, καὶ [1] ἐν τρισὶ τοῖς μεγίστοις ἵσταται,
αἰτίῳ καὶ δημιουργῷ καὶ τελειοποιῷ τῷ πατρὶ λέγω καὶ τῷ
Idem Orat. in υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Καὶ αὖθις ἐν τῷ περὶ Βαπτί-
Sanct. Baptism. cap. 41., σματος λόγῳ περὶ τῆς ἐν τρισὶν ἁγίαις ὑποστάσεσι μίας καὶ
p. 724. tom. I Opp. edit. Bened τῆς αὐτῆς ἁγίας θεότητος διαλαμβάνων φησί, Πάντοθεν ἴσην,
τὴν αὐτὴν πάντοθεν, ὡς ἓν οὐρανοῦ κάλλος καὶ μέγεθος, τριῶν
ἀπείρων ἄπειρον συμφυΐαν. Αὐτὸς οὖν ἑαυτοῦ καθέστηκεν
ἑρμηνευτὴς ὁ διδάσκαλος τοῖς μὴ παρέργως ἐντυγχάνουσι τοῖς
αὐτοῦ θεοφράστοις λόγοις.

Idem Orat. in Sanct. Lumina cap. 13., p. 685. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό, Καινοτομοῦνται φύσεις, καὶ θεὸς ἄνθρωπος γίνεται.

Οἱ τὰ πολλὰ τῶν θείων μυστηρίων ἐκ τῶν ὀπαδῶν καὶ ὑπηρετῶν γενομένων τοῦ λόγου, καὶ αὐτόθεν ἀμέσως τὴν τῶν ὄντων μυηθέντων γνῶσιν, κατὰ διαδοχὴν διὰ τῶν πρὸ αὐτῶν εἰς αὐτοὺς διαδοθέντα λαβόντες ἅγιοί φασι πέντε διαιρέσεσι διειλῆφθαι τὴν πάντων τῶν γεγονότων ὑπόστασιν· ὧν πρώτην μέν φασιν εἶναι τὴν διαιροῦσαν τῆς ἀκτίστου φύσεως τὴν κτιστὴν καθόλου φύσιν, καὶ διὰ γενέσεως τὸ εἶναι λαβοῦσαν. Φασὶ γὰρ τὸν θεὸν ἀγαθότητι πεποιηκότα τῶν ὄντων ἁπάντων λαμπρὰν διακόσμησιν, μὴ αὐτόθεν αὐτῇ κατα-

1. Cod. Gud., ni fallor, habet *καὶ εἰ ἐν τρισὶ* cett.

desiderium eius extremo eorum quae appetuntur affigat, quod est deus, qui in summis, vel in summo vel in eo quod magnitudinem omnem superat proprie existit atque agnoscitur: atque ,in summis', ut in tribus substantiis coëssentialibus et aeque potentibus, iisdemque non commiscendis de accurata et immutabili circa unamquamque proprietate, ingeneratione inquam et generatione et processione: ,in summo' vero, propter dei secundum substantiam unitatem et identitatem et singularitatem: in eo denique ,quod omnem magnitudinem superat', propterea quod quantitate nulla aut magnitudine vel multitudine circumscribatur deus, aut aliquibus finibus discernatur. Omnis enim magnitudo definita est, deitas sola indefinita, secundum magni Davidis verba, ,Magnus est dominus et valde laudabilis, et magnitudinis eius nullus est finis', utpote quae nulla circumscriptione limitata est, ideoque etiam indefinita, cum temporis qualemcunque et naturae notionem antevertentem sese habeat nullam, secundum quam artificiosa rationalium argumentorum methodus studiosis talium excogitata est ea ob quam praesertim et cum qua circa veritatis indagationem reprobari ipsos videmus, cum quodcunque suis ratiocinationibus expugnari non potuisset, id nec verum omnino esse putarent. Quae probat magister etiam in aliis locis iisdem verbis usus. Quemadmodum in sermone in Adventum Aegyptiorum habito, theologice de essentia incondita atque divina deque condita natura suaeque existentiae principium sortita hoc modo enarrans, ,Vocatur autem', inquit, ,illa quidem deus, et in tribus maximis consistit, in causa, in opifice, in perfectore, hoc est in patre, filio, et spiritu sancto.' Et iterum in sermone de Baptismate de uno eodemque sancto in tribus sanctis substantiis deo disputans ait, ,Undequaque aequalem, undequaque eandem, non secus ac una caeli pulchritudo et magnitudo, trium infinitorum infinitam coniunctionem.' Ipse igitur suimetipsius interpres magister stat eis qui non obiter divinos suos sermones perlegunt.

Ex eodem sermone, in illud, ,Innovantur naturae, et deus homo efficitur.'

Qui magnam divinorum mysteriorum partem ex eis qui asseclae et ministri Sermonis facti, indeque immediate erant rerum cognitione initiati, per successionem ab antiquioribus tradita acceperunt sancti quinque statuunt distinctionibus universorum quae facta sunt substantiam, discerni, harumque unam volunt esse quae dividat ab incondita natura conditam universam naturam, et existentiam generatione sortitam. Etenim deum, bonitate fabricatum clarum rerum universarum ordinem atque ornatum, inde quod aliquis et qualis esset

φανῇ γενέσθαι τινὰ καὶ ὁποῖον εἶναι, τὴν περὶ τοῦτο τὴν κτίσιν τοῦ θεοῦ διακρίνουσαν ἄγνοιαν διαίρεσιν λέγοντες.
Cod. f. 221 b. Τὴν γὰρ φυσικῶς | ἀλλήλων ταῦτα διαιροῦσαν, μηδέποτε δεχομένην εἰς μίαν οὐσίαν ἕνωσιν, ὡς τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν μὴ δυναμένην ἐπιδέξασθαι λόγον, εἴασαν ἄῤῥητον. Δευτέραν δὲ, καθ᾽ ἣν ἡ διὰ κτίσεως τὸ εἶναι λαβοῦσα σύμπασα φύσις ὑπὸ θεοῦ διαιρεῖται εἰς νοητὰ καὶ αἰσθητά. Τρίτην, καθ᾽ ἣν ἡ αἰσθητὴ φύσις διαιρεῖται εἰς οὐρανὸν καὶ γῆν. Τετάρτην δὲ, καθ᾽ ἣν ἡ γῆ διαιρεῖται εἰς παράδεισον καὶ οἰκουμένην, καὶ πέμπτην, καθ᾽ ἣν ὁ ἐπὶ πᾶσιν, ὥςπερ τι τῶν ὅλων συνεκτικώτατον ἐργαστήριον, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ πᾶσαν διαίρεσιν ἄκροις δι᾽ αὐτοῦ φυσικῶς μεσιτεύων ἀγαθοπρεπῶς κατὰ γένεσιν τοῖς οὖσιν ἐπειςαχθεὶς ἄνθρωπος διαιρεῖται εἰς ἄρσεν καὶ θῆλυ, πᾶσαν ἔχων δηλαδὴ φυσικῶς ταῖς τῶν ἄκρων πάντων μεσότησι διὰ τῆς πρὸς τὰ ἄκρα πάντα τῶν ἰδίων μερῶν σχετικῆς ἰδιότητος τὴν πρὸς ἕνωσιν δύναμιν, δι᾽ ἧς ὁ κατὰ τὴν αἰτίαν τῆς τῶν διῃρημένων γενέσεως συμπληρούμενος τρόπος ἔμελλε τοῦ θείου σκοποῦ τὸ μέγα μυστήριον ἔκδηλον δι᾽ ἑαυτοῦ καταστῆσαι, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν τοῖς οὖσιν ἄκρων ἐναρμονίως ἀπὸ τῶν προσεχῶν ἐπὶ τὰ πόῤῥω, καὶ τῶν ἡττόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα καθεξῆς ἀνατατικῶς προϊοῦσαν, εἰς θεὸν ἀποπερατώσας ἕνωσιν. Τούτου δὴ χάριν ἔσχατος ἐπειςάγεται τοῖς οὖσιν ὁ ἄνθρωπος, οἱονεὶ σύνδεσμός τις φυσικὸς τοῖς καθόλου διὰ τῶν οἰκείων μερῶν μεσιτεύων ἄκροις, καὶ εἰς ἓν ἄγων ἐν ἑαυτῷ τὰ πολλῷ κατὰ τὴν φύσιν ἀλλήλων διεστηκότα τῷ διαστήματι, ἵνα τῆς πρὸς θεὸν,
Cod. f. 222 a. ὡς αἴτιον, τὰ πάντα συναγούσης ἑνώσεως, | ἐκ τῆς ἰδίας πρότερον ἀρξάμενος διαιρέσεως, καθεξῆς διὰ τῶν μέσων εἱρμῷ καὶ τάξει προβαίνων εἰς τὸν θεὸν λάβῃ τὸ πέρας τῆς διὰ πάντων κατὰ τὴν ἕνωσιν γινομένης ὑψηλῆς ἀναβάσεως, ἐν ᾧ οὐκ ἔστι διαίρεσις, τὴν μηδαμῶς ἠρτημένην δηλαδὴ κατὰ τὸν προηγούμενον λόγον τῆς περὶ τὴν γένεσιν τοῦ ἀνθρώπου θείας προθέσεως κατὰ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρσεν ἰδιότητα τῇ περὶ τὴν θείαν ἀρετὴν ἀπαθεστάτῃ σχέσει πάντῃ τῆς φύσεως ἐκτιναξάμενος, ὥστε δειχθῆναί τε καὶ γενέσθαι κατὰ τὴν θείαν πρόθεσιν [2] ἄνθρωπον μόνον, τῇ κατὰ τὸ ἄρσεν καὶ τὸ θῆλυ προσηγορίᾳ μὴ διαιρούμενον, καθ᾽ ὃν καὶ προηγουμένως γεγένηται λόγον τοῖς νῦν περὶ αὐτὸν οὖσι τμήμασι μὴ μεριζόμενον, διὰ τὴν τελείαν πρὸς τὸν ἴδιον, ὡς ἔφην, λόγον καθ᾽ ὅν ἐστιν γνῶσιν· εἶτα τὸν παράδεισόν καὶ τὴν οἰκουμένην διὰ τῆς οἰκείας ἁγιοπρεποῦς ἀγωγῆς ἑνώσας μίαν ποιήσειε γῆν, μὴ διαιρουμένην αὐτῷ κατὰ τὴν τῶν μερῶν αὐτῆς διαφορὰν, ἀλλὰ μᾶλλον συναγομένην, ὡς μηδεμίαν πρὸς μηδὲν τῶν αὐτῆς ὑπαγωγὴν παθόντι μερῶν· εἶτα οὐρανὸν καὶ γῆν ἑνώσας διὰ τὴν πρὸς ἀγγέλους τῆς ζωῆς παντὶ τρόπῳ

2. In apographo meo inveni ἀνθρώπου.

ipsi manifestatum esse, negant, et ignorantiam eam qua hic conditio a deo discernitur distinctionem appellant. Quae enim naturaliter ea inter se secernit, ac nunquam in essentiam unam coire sinit, cum unam eandemque rationem recipere nequeat, eam indictam liquerunt. Alteram, qua universa quae per conditionem a deo existentiam accepit natura secernitur in intellegibilia et sensibilia. Tertiam, qua sensibilis natura secernitur in caelum ac terram. Quartam denique, qua terra secernitur in paradisum et orbem terrarum habitabilem, et quintam, qua homo in omnibus tanquam officina aliqua arctissimo sui vinculo universa continens, et omnibus secundum omnem distinctionem extremitatibus per se naturaliter interiectus convenienter secundum generationem rebus existentibus inlatus secernitur in masculinum et femininum, omni profecto extremitatum omnium medietatibus naturaliter de propriarum ad omnes extremitates partium suarum relativa facultate praeditus uniendi coeundique potestate, qua modus secundum causam generationis eorum quae distincta sunt completus divini magnum consilii mysterium per sese patefacturus erat, qui mutuam in rebus quae existunt extremitatum congruenter a proximis ad ulteriora, peiorumque ad meliora deinceps et per ascensionem progredientem in deum unitionem determinat. Idcirco videlicet homo in creaturas ultimus infertur, tanquam naturalis quaedam generalibus per partes suas extremitatibus copula, atque in semetipso coadunans ea quae naturaliter multum inter se distant, ut unitionis cum deo, tanquam causa, universa cogentis, de propria distinctione capto initio, deinceps serie et ordine per media progressus finem ascensionis in sublimitatem, quae unitionis gratia fit per universa, inveniat in deo, in quo nulla est distinctio, dum sexualem feminini et masculini proprietatem, quae ex principali ac primitiva ratione nequaquam suspensa est a dei circa generationem hominis proposito, habitu circa divinam virtutem plane impatibili ubique et natura excutit, adeo ut secundum divinum propositum homo solus ostendatur ac fiat, feminini et masculini appellatione non distinctus, non magis praesentibus circa eum sectionibus in partes divisus quam qua est antea ratione, propter perfectam ad propriam, uti dixi, rationem secundum quam est cognitionem: deinde paradisum cum terrae habitabilis orbe per castam conversationem unitum unam terram efficiat, quae secundum partium eius diversitatem sibi non sit distincta, sed potius congregata, ut qui ad nullam eius partium patiatur aliquam subductionem: deinde caelum et terram coadunans per vitae cum angelis similitudinem omni modo de virtute, pro hominum viribus, partam sensibilem conditionem unam et a se-

κατ᾽ ἀρετὴν, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις, ταὐτότητα μίαν ποιή-
σειεν ἀδιαίρετον πάντη πρὸς ἑαυτὴν τὴν αἰσθητὴν κτίσιν, μὴ
διαιρουμένην αὐτῷ τοπικῶς τὸ παράπαν τοῖς διαστήμασι,
κούφῳ γενομένῳ τῷ πνεύματι καὶ μηδενὶ βάρει σωματικῷ
κατεχομένῳ πρὸς γῆν, καὶ τῆς πρὸς οὐρανοὺς ἀναβάσεως
εἰργομένῳ διὰ τὴν πρὸς ταῦτα τοῦ νοῦ τελείαν ἀορασίαν
γνησίως πρὸς τὸν θεὸν ἐπειγομένου, καὶ σοφῶς ποιουμένου
τῆς πρὸς αὐτὸν ἀνατάσεως ἐφεξῆς, ὡς ἐν ὁδῷ κοινῇ, φυσι-
κῶς τοῦ [3] πρὸ αὐτοῦ τὸ φθάσαν ἐπίβασιν· εἶτα τὰ νοητὰ
καὶ τὰ αἰσθητὰ πρὸς τούτοις ἑνώσας διὰ τὴν πρὸς ἀγγέλους
Cod. f. 222 b. κατὰ τὴν γνῶσιν ἰσότητα | μίαν ποιήσῃ κτίσιν τὴν ἅπασαν
κτίσιν, μὴ διαιρουμένην αὐτῷ κατὰ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀγνω-
σίαν, ἴσης αὐτῷ πρὸς τοὺς ἀγγέλους ἀνελλιπῶς γενομένης
τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων γνωστικῆς ἐπιστήμης, καθ᾽ ἣν ἡ τῆς
ἀληθοῦς σοφίας ἀπειρόδωρος χύσις ἐπιγενομένη κατὰ τὸ
θεμιτὸν ἀκραιφνῶς λοιπὸν τὴν περὶ θεοῦ καὶ ἀμεσιτεύτως
παρέχεται τοῖς ἀξίοις ἀδιάγνωστον καὶ ἀνερμήνευτον ἔννοιαν·
καὶ τέλος ἐπὶ πᾶσι τούτοις, καὶ κτιστὴν φύσιν τῇ ἀκτίστῳ
δι᾽ ἀγάπης ἑνώσας (ὢ τοῦ θαύματος τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ
φιλανθρωπίας) ἓν καὶ ταὐτὸν δείξειε κατὰ τὴν ἕξιν τῆς χάρι-
τος, ὅλος ὅλῳ περιχωρήσας ὁλικῶς τῷ θεῷ, καὶ γενόμενος
πᾶν εἴ τί πέρ ἐστιν ὁ θεὸς, χωρὶς τῆς κατ᾽ οὐσίαν ταὐτότητος,
καὶ ὅλον αὐτὸν ἀντιλαβὼν ἑαυτοῦ τὸν θεὸν, καὶ τῆς ἐπ᾽
αὐτὸν τὸν θεὸν ἀναβάσεως οἷον ἔπαθλον αὐτὸν μονώτατον
κτησάμενος τὸν θεὸν, ὡς τέλος τῆς τῶν κινουμένων κινήσεως,
καὶ στάσιν βάσιμόν τε καὶ ἀκίνητον τῶν ἐπ᾽ αὐτὸν φερομέ-
νων, καὶ παντὸς ὅρου καὶ θεσμοῦ καὶ νόμου, λόγου τε καὶ
νοῦ, καὶ φύσεως ὅρον καὶ πέρας ἀόριστόν τε καὶ ἄπειρον
ὄντα. Ἐπειδὴ τοίνυν φυσικῶς, ὡς δεδημιούργητο, περὶ μὲν
τὸ ἀκίνητον, ὡς ἀρχὴν ἰδίαν (φημὶ δὲ τὸν θεὸν) ὁ ἄνθρωπος
οὐ κεκίνητο, περὶ δὲ τὰ ὑπ᾽ αὐτὸν, ὧν αὐτὸς θεόθεν ἄρχειν
ἐπετάγη, παρὰ φύσιν ἑκὼν ἀνοήτως κεκίνηται, τῇ πρὸς ἕνω-
σιν τῶν διῃρημένων δοθείσῃ αὐτῷ φυσικῇ δυνάμει κατὰ τὴν
γένεσιν εἰς τὸν τῶν ἡνομένων μᾶλλον διαίρεσιν παραχρησά-
μενος, καὶ ταύτῃ μικροῦ δεῖν ἐλεεινῶς εἰς τὸ μὴ ὂν πάλιν
κινδυνεύσας μεταχωρῆσαι, διὰ τοῦτο καινοτομοῦνται φύσεις,
καὶ παραδόξως ὑπὲρ φύσιν περὶ τὸ φύσει κινούμενον ἀκινή-
τως, ἵν᾽ οὕτως εἴπω, κινεῖται τὸ πάντη κατὰ φύσιν ἀκίνητον,
καὶ θεὸς ἄνθρωπος γίνεται, ἵνα σώσῃ τὸν [4] ἀπολόμενον ἄν-
Cod. f. 223 a. θρωπον, καὶ τῆς κατὰ τὸ πᾶν | καθόλου φύσεως δι᾽ ἑαυτοῦ
τὰ κατὰ φύσιν ἑνώσας ῥήγματα, καὶ τοὺς καθόλου τῶν ἐπὶ
μέρους προφερομένους λόγους, οἷς ἡ τῶν διῃρημένων γίνε-
σθαι πέφυκεν ἕνωσις, δείξας τὴν μεγάλην βουλὴν πληρώσῃ
τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, εἰς ἑαυτὸν ἀνακεφαλαιώσας τὰ πάντα,
τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ καὶ ἐκτίσθησαν·
Ἀμέλει τοι τῆς καθόλου τῶν πάντων πρὸς ἑαυτὸν ἑνώσεως
ἐκ τῆς ἡμῶν ἀρξάμενος διαιρέσεως γίνεται τέλειος ἄνθρωπος,

metipsa nullibi secernendam efficiat, quae localiter plane ab illo non distet, qui spiritu levis factus est nullaque corporali gravitate ad terram detrahitur, aut ab ascensione in caelos prohibetur ob perfectam ad haec mentis gnaviter ad deum properantis invisibilitatem, et extensionis ad eum deinceps sapienter iter instituentis ita ut, quemadmodum in communi via, naturaliter de eo quod ante est ad id quod post est procedat: deinde intellegibilia et sensibilia ad haec coadunans per similitudinem de cognitione cum angelis unam efficiat totam conditionem, quam indistinctam sibi habeat secundum cognitionem et ignorantiam, cum pari cum angelis et plene imbutus sit rerum quae sunt rationum gnostica doctrina, qua verae sapientiae largissima effusio subsecuta, ut par est, de reliquo sincere eis qui digni sunt et immediate dei praebeat notionem ad pernoscendum difficilem atque ineffabilem: et denique ad haec omnia, conditam quoque naturam cum incondita per caritatem coadunans (o rem novam et admirandam divinae circa nos clementiae!) unum atque idem per gratiae habitum ostendat, dum totum in totum sese deum ac plene transfundit, et quicquid est deus iam ipse fit, praeter unam essentiae identitatem, et totum ipsum pro se ipso deum accipit, ascensionisque ad deum institutae tanquam praemium ipsum consequitur ac solum deum, ut rerum motarum motionis finem, ac firmam et stabilem eorum quae ad eum feruntur stationem, omnisque finis et regulae et legis, sermonis atque mentis et naturae finem, et infinitam interminatamque metam. Cum igitur naturaliter homo, postquam fabricatus est, circa immobile ut sui initium (deum inquam) non motus esset contra circa subiecta sibi, quorum imperium a deo ei mandatum erat, innaturaliter sponte sua et insipienter motus sit, cum naturali facultate, quae ei secundum nativitatem data erat ad discretorum unitionem in unitorum potius discretionem abuteretur, et in hoc negotio paene misere esset in non-existentiam relapsus, idcirco innovantur naturae, et incredibili modo ac supra naturam circa id quod natura movetur immobiliter, ut ita dicam, movetur id quod secundum naturam suam plane immobile est, et deus homo fit, ut hominem perditum salvum faciat, et generalis in universitate naturae per semetipsum naturales iungens rupturas, et generales particularium prolatas rationes, quibus discretorum unitio instituenda erat, manifestans magnum dei ac patris consilium impleret, in sese omnia recolligens, tam caelestia quam terrena, in quo etiam condita erant. Profecto igitur generalis qua cuncta in semetipsum congreget unitionis ex nostra discretione facto principio, perfectus homo

3. Hic mendum aliquod latet. 4. *ἀπολλόμενον* cod. Gud., nec semel ita.

ἐξ ἡμῶν δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς, πάντα τὰ ἡμῶν ἀνελλιπῶς ἔχων, ἁμαρτίας χωρὶς, τῆς κατὰ φύσιν ἀκολουθίας γαμικῆς οὐδόλως εἰς τοῦτο προσδεηθείς· ὁμοῦ τε καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ δεικνὺς, ὡς οἶμαι, τυχὸν ὡς ἦν καὶ ἄλλος τρόπος τῆς εἰς πλῆθος τῶν ἀνθρώπων αὐξήσεως προεγνωσμένος θεῷ, εἰ τὴν ἐντολὴν ὁ πρῶτος ἐφύλαξεν ἄνθρωπος καὶ πρὸς κτηνωδίαν ἑαυτὸν τῷ κατὰ παράχρησιν τρόπῳ τῶν οἰκείων δυνάμεων μὴ κατέβαλε, καὶ τὴν κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διαφοράν τε καὶ διαίρεσιν τῆς φύσεως ἐξωθούμενος, ἧς πρὸς τὸ γενέσθαι, καθάπερ ἔφην, ἄνθρωπος, οὐδόλως προσεδεήθη, ὧν δὲ ἄνευ εἶναι τυχόν ἐστι δυνατόν. Ταῦτα εἰς τὸ διηνεκὲς παραμεῖναι
Galat. 3, 28. οὐκ ἀνάγκη. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, οὔτε ἄῤῥεν οὔτε θῆλυ. Εἶτα τὴν καθ' ἡμᾶς ἁγιάσας οἰκουμένην διὰ τῆς οἰκείας ἀνθρωποπρεποῦς ἀναστροφῆς μετὰ θάνατον εἰς τὸν παράδεισον ἀπαραποδίστως χωρεῖ, κα-
Luc. 23, 43. θὼς τῷ λῃστῇ ἀψευδῶς ἐπηγγείλατο, Σήμερον, φήσας, ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἐντεῦθεν ὡς κατ' αὐτὸν λοιπὸν μὴ ἐχούσης πρὸς τὸν παράδεισον διαφορὰν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης πάλιν ἐπ' αὐτῆς ἐφάνη τοῖς μαθηταῖς συνδιαιτώμενος μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, δεικνὺς ὡς ἡ γῆ μία οὖσα τυγχάνει πρὸς ἑαυτὴν ἀδιαίρετος, τὸν καθ' ὅν ἐστι λό-
Cod. f. 223 b. γον τῆς κατὰ | τὴν διαφορὰν διαιρέσεως ἐλεύθερον διασώζουσα. Εἶτα διὰ τῆς εἰς οὐρανὸν ἀναλήψεως τὸν οὐρανὸν ἥνωσε δηλονότι καὶ τὴν γῆν, καὶ μετὰ [5] τούτου τοῦ γηΐνου σώματος τοῦ ἡμῖν ὁμοφυοῦς τε καὶ ὁμοουσίου χωρήσας εἰς οὐρανὸν μίαν οὖσαν τῷ κατ' αὐτὴν καθολικωτέρῳ λόγῳ πᾶσαν τὴν αἰσθητὸν φύσιν ἀπέδειξε, τῆς τεμνούσης αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ διαιρέσεως ἀμαυρώσας τὴν ἰδιότητα. Ἔπειτα πρὸς τούτοις, τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητὰ καθεξῆς διὰ πάντων τῶν κατ' οὐρανὸν θείων καὶ νοητῶν ταγμάτων διελθὼν μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, τουτέστι τελείας τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἥνωσε, τὴν πρὸς τὸ ἓν τῆς ὅλης κτίσεως κατὰ τὸν ἑαυτῆς ἀρχικώτατόν τε καὶ καθολικώτατον λόγον σύννευσιν δείξας ἐν ἑαυτῷ παντελῶς ἀδιαίρετόν τε καὶ ἀστασίαστον. Καὶ τέλος ἐπὶ πᾶσι τούτοις κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τῆς ἀνθρωπότητος πρὸς αὐτὸν γίνεται τὸν θεὸν, ἐμφανισθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν δηλονότι, καθὼς γέγραπται, τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὡς ἄνθρωπος, ὁ καθ' οἱονδήποτε τρόπον μηδέποτε τοῦ πατρὸς ὡς λόγος χωρισθῆναι δυνάμενος, πληρώσας ὡς ἄνθρωπος ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ καθ' ὑπακοὴν ἀπαράβατον ὅσα προώρισεν αὐτὸς ὡς θεὸς γενέσθαι, καὶ τελειώσας πᾶσαν βουλὴν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀχρειωσάντων τῇ παραχρήσει τὴν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν φυσικῶς πρὸς τοῦτο δοθεῖσαν δύναμιν, καὶ πρῶτον ἑνώσας ἡμῖν [6] ἑαυτοὺς ἐν ἑαυτῷ διὰ τῆς ἀφαιρέσεως τῆς κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ διαφορᾶς, καὶ ἀντὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, οἷς ὁ τῆς διαιρέσεως ἐνθεωρεῖται μάλιστα τρόπος, ἀνθρώπους μόνον κυρίως τε

fit, ex nobis propter nos ad nos, qui omnia nostra plene habeat, peccati expers, naturalis coniugii convenientiam nequaquam in hoc necessariam habens: pariter et eodem modo ostendens fortasse, uti mihi videtur, alium quoque deo fuisse modum in multitudinem incrementi hominum antea constitutum, si primus homo praeceptum custodivisset neque ad brutorum animalium stoliditatem secundum abusionis facultatum suarum modum descendisset, et differentiam masculini ac feminini et distinctione naturae sustulisset, quam, uti dixi, homo ad generationem nequaquam necessariam habuisset quibusque egere fortasse possumus. Ea in perpetuum servari non necesse est. Nam in Christo Iesu, inquit divinus apostolus, neque masculinum neque femininum. Deinde nostro terrarum orbe sanctificato per suum post mortem, ut fert humana condicio, reditum in paradisum expedite ingreditur, quomodo latroni veraciter annuntiavit, ,Hodie', dicens, ,mecum eris in paradiso!' Inde cum de reliquo noster terrarum orbis a paradiso nihil illi distaret, rursus in hac terra apparuit et cum discipulis conversatus est, postquam de mortuis resuscitatus est, et terram unam esse eamque a se ipsa non discretam monstravit, quae eam secundum quam est rationem differentiali distinctione liberam servet. Deinde in caelum receptus adeo caelum, uti apparet, cum terra univit, cumque terreno, cuius et essentia et natura eadem est quae nostra, corpore in caelum ingressus sensibilem omnem naturam cum generaliori sua ratione unam et eandem esse demonstravit, distinctionis quae in semetipso eam dividebat proprietatem obtundens. Deinde ad haec, sensibilia et intellegibilia per omnes deinceps caeli divinos atque intellegibiles ordines transgressus cum anima et corpore, hoc est perfecta nostra natura univit, et universae conditionis secundum potentissimam suam et generalissimam rationem cum unitate conspirationem in semetipso plane indistinctam atque stabilem esse monstravit. Atque postremo ad haec omnia, secundum humanitatis cogitationem, ad ipsum deum accedit, dei et patris oculis nostri nimirum, ut scriptum est, gratia repraesentatus ut homo, qui nullo unquam modo, ut Sermo, de patre secerni potest, postquam ut homo opere et veritate, nunquam laeso obsequio quaecunque fieri ut deus praedestinaverat implevit, omnemque dei ac patris voluntatem nostri gratia exsecutus est, qui potestatem naturaliter nobis a principio in hoc datam abusione irritam reddideramus, atque primum nos cum nobis in semetipso univit, differentia feminini et masculini sublata, proque viris et feminis, in quibus maxime differentiae cernitur modus, homines solummodo pro-

5. Apographum meum praebet *μετὰ τοῦτο*. 6. Apographum habet *ἑαυτοῖς*.

καὶ ἀληθῶς [7] ἀποδείξας, κατ' αὐτὸν δι' ὅλου μεμορφωμένους
Cod. f. 224 a. καὶ σώαν αὐτοῦ καὶ παντελῶς ἀκίβδηλον τὴν | εἰκόνα φέροντας, ἧς κατ' οὐδένα τρόπον οὐδὲν τῶν φθορᾶς γνωρισμάτων ἅπτεται, καὶ σὺν ἡμῖν καὶ δι' ἡμᾶς τὴν ἅπασαν κτίσιν διὰ τῶν μέσων ὡς μερῶν ἰδίων τὰ ἄκρα περιλαβὼν καὶ περὶ ἑαυτὸν ἀλύτως ἀλλήλοις διασφίγξας παράδεισον καὶ οἰκουμένην, οὐρανὸν καὶ γῆν, αἰσθητὰ καὶ νοητὰ, ὡς σῶμα καὶ αἴσθησιν καὶ ψυχὴν καθ' ἡμᾶς ἔχων καὶ νοῦν, οἷς ὡς μέρεσι καθ' ἕκαστον τὸ ἑκάστῳ καθόλου συγγενὲς οἰκειωσάμενος ἄκρον κατὰ τὸν προαποδοθέντα τρόπον θεοπρεπῶς τὰ πάντα εἰς ἑαυτὸν ἀνεκεφαλαιώσατο, μίαν ὑπάρχουσαν τὴν ἅπασαν κτίσιν δείξας, καθάπερ ἄνθρωπον ἄλλον, τῇ τῶν μερῶν ἑαυτῆς πρὸς ἄλληλα συνόδῳ συμπληρουμένην καὶ πρὸς ἑαυτὴν νεύουσαν τῇ ὁλότητι τῆς ὑπάρξεως, κατὰ τὴν μίαν καὶ ἁπλῆν καὶ ἀπροσδιόριστον, τῆς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγωγῆς καὶ ἀδιάφορον ἔννοιαν, καθ' ἣν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν πᾶσα ἡ κτίσις ἐπιδέξασθαι δύναται λόγον παντελῶς ἀδιάκριτον, τὸ οὐκ ἦν τοῦ εἶναι πρεσβύτερον ἔχουσα. Πάντα γὰρ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ἀλλήλοις συνεμπίπτει καθ' ὁτιοῦν πάντως, εἰ καὶ μὴ πάντη, τὰ μετὰ θεὸν ὄντα καὶ ἐκ θεοῦ τὸ εἶναι διὰ γενέσεως ἔχοντα, μηδενὸς καθόλου τῶν ὄντων, μηδὲ τῶν ἄγαν τιμίων καὶ ὑπερβεβηκότων τῆς πρὸς τὸ ἄγαν ἄσχετον γενικῆς σχέσεως, παντάπασι φυσικῶς ἀπολελυμένου, μήτε μὴν τοῦ ἐν τοῖς οὖσιν ἀτιμωτάτου τῆς πρὸς τὰ ἀτιμώτατα κατὰ φύσιν γενικῆς παντελῶς ἀπολιμπανομένου καὶ ἀμοιροῦντος σχέσεως. Πάντα γὰρ τὰ ταῖς οἰκείαις ἰδίως διαφοραῖς ἀλλήλων διακεκριμμένα ταῖς καθόλου καὶ κοιναῖς γενικῶς ταυτότησιν ἥνωνται, καὶ πρὸς τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν ἀλλήλοις γενικῷ τινι λόγῳ φύσεως συνωθοῦνται, οἷον τὰ μὲν γένη κατὰ τὴν
Cod. f. 224 b. οὐσίαν ἀλλήλοις ἑνούμενα τὸ | ἓν ἔχει καὶ ταὐτὸν καὶ ἀδιαίρετον. Οὐδὲν γὰρ τῶν καθόλου καὶ περιεχόντων καὶ γενικῶν τοῖς ἐπὶ μέρους καὶ περιεχομένοις καὶ ἰδικοῖς παντελῶς συνδιαιρεῖται. Οὐ γὰρ ἔτι γενικὸν εἶναι δύναται τὸ μὴ συνάγον τὰ διηρημένα φυσικῶς, ἀλλὰ συνδιαιρούμενον αὐτοῖς, καὶ τῆς οἰκείας μοναδικῆς ἑνότητος ἐξιστάμενον. Πᾶν γὰρ γενικὸν κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον ὅλον ὅλοις ἀδιαιρέτως τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἑνικῶς [8] ἐνυπάρχει, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον ὅλον ἐνθεωρεῖται γενικῶς. Τὰ δὲ εἴδη κατὰ τὸ γένος ὡσαύτως τῆς ἐν τῇ διαφορᾷ ποικιλίας ἀπολυθέντα τὴν πρὸς ἄλληλα ταὐτότητα δέχεται. Τὰ ἄτομα δὲ κατὰ τὸ εἶδος τὴν πρὸς ἄλληλα δεχόμενα σύμβασιν ἓν καὶ ταὐτὸν ἀλλήλοις πάντη καθέστηκε, τῇ ὁμοφυΐᾳ τὸ ἀπαράλλακτον ἔχοντα καὶ διαφορᾶς πάσης ἐλεύθερον. Τὰ δὲ συμβεβηκότα κατὰ τὸ ὑποκείμενον

7. Cod. Gud. a. m. pr. habet ἀπέδειξε. 8. In cod. Gud. extat ἐνυπάρχει πραγματειωδῶς, καὶ τὸ cett. Delevi voc. πραγματειωδῶς, quod glossema videtur esse.

prie ac vere repraesentavit, ad sui instar ab omni parte figuratos salvamque eius ac prorsus sinceram imaginem ferentes, cui nullatenus ulla interitus nota adhaeret, cumque nobis propterque nos omnem conditionem per medias partes ut propriarum partium extremitates complexus circum sese indissolubiliter inter se innectens paradisum et orbem terrarum, caelum ac terram, sensibilia et intellegibilia, ut corpus et sensum et animam et mentem non aliter quam nos ipsi habens, quibus ut partibus extremitates singulis quibusque suas generaliter cognatas accommodans modo supra indicato cuncta deo convenienter in semetipsum recollegit, unam esse omnem ostendens conditionem, quemadmodum alium hominem, partium singularum mutuo inter se nexu consummatam, ac subsistentiae integritate atque plenitudine in se ipsam vergentem atque inclinantem, secundum unam atque simplicem atque indefinitam et indifferentem de non-existentia productionis cogitationem, qua unam eandemque potest omnis conditio recipere rationem plane indistinctam, quod ‚Non fuisse' prius quam ‚Esse' habens. Revera etenim sibi invicem secundum quicquid omnino, etiam si non ubique, coincidunt quaecunque post deum sunt existentiasque suas per generationem a deo habent, cum rerum quae existunt nulla omnino, ne iis quidem exceptis quae plurimi aestimandae sunt, quaeque superant, a generali ad summum gradum qui habitu caret relatione naturaliter libera sit, nec rerum utique existentium ne vilissima quidem ab generali et naturae consentanea ad ea quae vilissima sunt relatione destituatur omnino aut expers fiat. Quaecunque enim propriis peculiariter sunt discriminibus inter se distincta, ea generalibus atque communibus generaliter identitatibus sunt unita, adque unitatem et mutuam inter semet identitatem generali quadam ratione naturae compelluntur; sic genera essentialiter sibi invicem unita unitatem habent et identitatem et individuitatem. Nihil enim eorum quae universalia sunt et comprehendentia et generalia ullo simul cum eis modo discernitur quae particularia sunt et comprehensa et specialia. Non enim amplius id potest generale esse quod ea quae secernuntur naturaliter cogere nequeat, sed una cum ipsis secernitur, et de singularitate sua et unitate decedat. Omne enim generale secundum suam rationem totum indivisibiliter in totis sibi ipsi subiectis singulariter inest, et quod singulis privum est totum spectatur generaliter. Species autem secundum genus pariter differentiae varietate solutae mutuam capiunt identitatem. Individua vero secundum speciem mutuam secum ipsis congregationem capientia unum idemque cum ipsis inter sese ubique constant, naturae communitate immutabilitatem sortita et omni a diversitate libertatem. Accidentia vero secundum subie-

ἀλλήλοις συγκριθέντα τὸ ἑνιαῖον ἔχει, τῷ ὑποκειμένῳ παντελῶς μὴ σκεδαννύμενον. Καὶ μάρτυς τούτων ἀψευδὴς ὁ ἀληθὴς
Dionys. Areopag. de Divin. Nomin. cap 13. §. 2., p. 531. tom. I. Opp. ed. Ven. θεήγορος, ὁ μέγας καὶ ἅγιος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ἐν τῷ περὶ τελείου καὶ ἑνὸς κεφαλαίῳ τῆς περὶ Θείων Ὀνομάτων πραγματείας οὑτωσὶ φάσκων· Οὐδὲ γάρ ἐστι πλῆθος ἀμέτοχόν πη τοῦ ἑνὸς, ἀλλὰ τὸ μὲν πολλὰ τοῖς μέρεσιν ἓν τῷ ὅλῳ, καὶ τὸ πολλὰ τοῖς συμβεβήκοσιν ἓν τῷ ὑποκειμένῳ, καὶ τὸ πολλὰ τῷ ἀριθμῷ ἢ ταῖς δυνάμεσιν ἓν τῷ εἴδει, καὶ τὸ πολλὰ τοῖς εἴδεσιν ἓν τῷ γένει, καὶ τὸ πολλὰ τοῖς προόδοις ἓν τῇ ἀρχῇ, καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὄντων ὃ μὴ μετέχει πη τοῦ ἑνός. Καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντων τῶν διῃρημένων καὶ μερικῶν οἱ λόγοι τοῖς τῶν καθόλου καὶ γενικῶν, ὥς φασι, περιέχονται λόγοις, καὶ τοὺς μὲν τῶν γενικωτέρων καὶ καθολικωτέρων λόγους ὑπὸ τῆς σοφίας συνέ-
Cod. f. 225 a. χεσθαι, τοὺς δὲ τῶν μερικῶν | ποικίλως τοῖς τῶν γενικῶν ἐνισχημένους ὑπὸ τῆς φρονήσεως περιέχεσθαι, καθ' ἣν ἁπλούμενοι πρότερον, καὶ τὴν ἐν τοῖς πράγμασι τοῖς ὑποκειμένοις ἀπολύοντες συμβολικὴν ποικιλίαν, ὑπὸ τῆς σοφίας ἑνίζονται, τὴν εἰς ταὐτότητα τοῖς γενικωτέροις συμφυΐαν δεξάμενοι. Σοφία δὲ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ φρόνησίς ἐστιν ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ καὶ τὰ καθόλου τῶν ὄντων συνέχων τῇ δυνάμει τῆς σοφίας, καὶ τὰ συμπληρωτικὰ τούτων μέρη περιέχων τῇ φρονήσει τῆς συνέσεως ὡς πάντων φύσει δημιουργὸς καὶ προνοητὴς, καὶ εἰς ἓν ἄγων τὰ διεστῶτα δι' ἑαυτοῦ, καὶ τὸν ἐν τοῖς οὖσι καταλύων πόλεμον, καὶ πρὸς εἰρηνικὴν φιλίαν τὰ πάντα καὶ ἀδιαίρετον συνδέων ὁμόνοιαν,
Coloss. 1, 20. τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καθώς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος.

Ἄλλη εἰς τὸ αὐτὸ ἄπορον θεωρία.

Καινοτομοῦνται πάλιν αἱ φύσεις, τῆς μὲν θείας δι' ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἄμετρον τῆς καθ' ἡμᾶς κατὰ θέλησιν ἑκούσιον σαρκικῆς ὑπερφυῶς [1] ἀνεχομένης γεννήσεως, τῆς ἡμετέρας δὲ παραδόξως ἄσπορον τῷ σαρκωθέντι θεῷ ξένῳ παρὰ τὴν φύσιν θεσμῷ τὴν λογικῶς ἐψυχωμένην γεωργούσης σάρκα, κατὰ πάντα τὴν αὐτὴν ἡμῖν οὖσαν καὶ ἀπαράλλακτον χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ τὸ δὴ παραδοξότερον, μηδὲν τοῦ νόμου τῆς παρθενίας τῆς γενομένης μητρὸς διὰ τῆς γεννήσεως τὸ σύνολον μειωθέντος. Καινοτομία δὲ κυρίως οὐ μόνον τὸ γεννηθῆναι χρονικῶς κατὰ σάρκα τὸν ἀνάρχως ἤδη γεγεννημένον ἀφράστως ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς θεὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸ δοῦναι σάρκα τὴν ἡμετέραν φύσιν ἄνευ σπορᾶς, καὶ τὸ τεκεῖν παρθένον ἄνευ φθορᾶς. Τούτων γὰρ ἕκαστον
Cod. f. 225 b. φανερὰν ἔχον τὴν καινοτομίαν τὸν καθ' ὃν γέγονεν | ἄῤῥητόν τε καὶ ἄγνωστον λόγον παντελῶς ἀποκρύπτεται κατὰ ταὐτὸν

1. In apographo extat ἀνεχόμενος.

ctum invicem sibi concreta singulare quoddam habent quod subiecto minime dissipetur. Atque testis horum locuples verax ac divinus vates magnus ille et sanctus Dionysius adest Areopagita, in capite de perfecto et uno operis de Divinis Nominibus conscripti sic disputans: ‚Neque enim multitudo unitatis quidem expers est, immo quod multa est partibus unum est in toto, quodque multa est accidentibus, unum est in subiecto, quodque multa numero sive potestatibus, unum est in specie, quodque multa est speciebus unum est in genere, quodque multa est incrementis, unum est in principio, nullumque eorum quae existunt usquam aut unquam unitatis est expers.‘ Atque simpliciter, ut breviter dicam, omnium distinctarum et particularium rationes universalium et generalium, ut dicunt, rationibus comprehenduntur, ita quidem ut generaliorum magisque universalium rationes a sapientia, particularium contra rationibus generalium varie inhaerentium rationes a prudentia comprehendantur, qua explicitae prius symbolicaque in actionibus subiectis varietate soluta a sapientia in unum coguntur, in identitatem cum generalioribus cognationem adeptae. Sapientia autem dei ac patris et prudentia est dominus Iesus Christus, qui etiam universalia eorum quae sunt sapientiae potestate continet, et completivas horum partes intellegentiae prudentia comprehendit, ut cunctorum naturaliter artifex atque provisor, inque unum congregans per semetipsum ea quae distant, ac bellum in eis quae existunt profligans, et ad pacificum amorem inseparabilemque concordiam cuncta connectens, tam quae in caelis quam quae in terra, ut ait divinus apostolus.

Altera in eandem quaestionem contemplatio.

mae, unicum habentes existentiae principium sapientiam, ex qua et per quam existunt, et a qua virtutem habent constanter ut esse possint. Quorum vero rationes stabiles sunt apud deum, — et dei rerum cunctarum conditoris immutabilis est ac firma circa eas voluntas, cum temporaneis dei voluntas haudquaquam comprehensa est limitibus, neque mutationem ex vicissitudine admittit, una cum subiectis variata, — horum manifeste et sine controversia extantiae interitu carent. Vel igitur secundum propositum volens effecit deus humana corpora, et manent per eum ad non-existentiam prorsus non declinantia, cum semper velit esse quod cum ratione et sapientia volitum est secundum propositum, et ita non continget secundum eos plena corporum ad non-existentiam degeneratio: vel secundum propositum non effecit, et non volens dominationem passus est, quippe vi coactus ad facienda ea quorum rationes habere non visus est. Ac si quidem dominationem passus contra voluntatis propositum et invitus devenit ad facienda corpora, iam ratio et sapientia productioni plane eorum facem non praetulit. Quod enim fit contra divinum propositum, ratione et sapientia omnino caret, ab iisque alienum est: at quod caret prorsus ratione et sapientia hoc solum est malum, cuius existentiam denotat inextantia, cuius auctorem deum ne cogitare quidem nobis unquam in mentem veniat, nedum palam dicere, et perniciose audere credere. At quis contra deum tyrannidem usurpaverit, siquidem passus est eam, et fas est omnino ut eum contra propositum quod noluit fecisse dicamus? Et quomodo qui tyrannidem passus est deus erit, ex necessitate et contra propositum constituens in interitum rerum conditionem? Qui huiusmodi opinionem tuentur, dicere audento. Aut enim deum haec fecisse dicerent, et gravissimam blasphemiam admitterent, necessitatem deo inducentes tanquam aliquid fecisset contra voluntatis propositum: aut non fecisse dicerent, et necessario aliud principium in modum Manichaeorum, quod fecerit hoc, introducere deprehendentur. Nam peculiaris est omnino eorum qui duo contraria principia inter se committunt praeexistentiae opinio. Quos dei gratia misericordissimi profunda exterminii caligo obruens in plenam oblivionem detrusit, cum splendorem praedicatae a patribus nostris veritatis ferre non possent. Miror autem quomodo illos, ut cetera interea omittam multa quae dici possent, ne orationem meam diutius protraham, verum Christi dei nostri mysterium provocet ad excutiendam prompte ex animo suo huiusmodi sententiam. Si omnium enim mysteriorum divino-

---

33. *Μανιχαϊκῆς* ed. Gall. 34. *πάντων* ed. Gall. 35. *ὑμῶν* ed. Gall. 36. *πάντα παραλείψω* ed. Gall.. 37. *ἡμῶν θεὸν* ed. Gall.

μυστηρίων μυστηριωδέστερον τὸ κατὰ Χριστὸν ὑπάρχει μυστήριον, καὶ πάσης τῆς κατὰ πᾶσαν ἔννοιαν ἐν πᾶσιν ἢ οὔσης ἢ γενησομένης τελειότητος ὁριστικὸν, καὶ παντὸς ὅρου καὶ πέρατος ὑπεράνω καθέστηκε, τοῦτο δὲ τὸ μυστήριον μετὰ [38] τοῦ σαρκωθέντος καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντος θεοῦ λόγου εἶναί τε καὶ ὑπάρχειν διδάσκει τὸ σῶμα τὸ ἐξ ἡμῶν ληφθὲν καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον, ἡνωμένον αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν, μεθ' οὗ καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ νῦν τε καὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας συγκαθέζεται, πάντας διεληλυθὼς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὑπεράνω πάντων γενόμενος, καὶ πάλιν ἐλεύσεται ἐπὶ μεταποιήσει [39] τε καὶ μεταστοιχειώσει τοῦ παντὸς καὶ σωτηρίᾳ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν τε καὶ σωμάτων, καθὼς ἐπιστεύσαμέν τε καὶ πιστεύομεν καὶ εἰς ἀεὶ πιστεύοντες διαμέ-
Cod. f. 233 a. νοιμεν, | — τίς [40] οὕτως τολμηρός ἐστι καὶ αὐθάδης, καὶ πρὸς τὰ δῆλα τε καὶ προφανῆ μάχεσθαι [41] μόνον εἰδὼς προπετῶς, ὥστε κἂν ψιλῶς ἐνθυμηθῆναι πάροδον τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν [42] ἕξειν ποτὲ τὰ σώματα, κατὰ τὴν εἰς τὸ τέλειον, ὥς ἐκεῖνοί φασι, τῶν λογικῶν προκοπὴν, τὸν κύριον αὐτὸν καὶ θεὸν τῶν ὅλων πιστεύων μετὰ σώματος εἶναι νῦν τε καὶ εἰς ἀεὶ, τὸν καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν τοῦ προκόπτειν δύνασθαι παρεχόμενον δύναμιν, καὶ πάντας πρὸς τὴν οἰκείαν δόξαν, ὡς ἐφικτὸν τῇ δυνάμει τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐνάγοντά τε καὶ προςκαλούμενον ὡς ἀρχηγὸν τῆς πάντων σωτηρίας, καὶ τὰς ἐν ὅλοις [43] ἀνακαθαίροντα κηλῖδας; Ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἐκείνων ὡς τύπων τῆς αὐτοῦ τελειότητος, εἴπερ ὅλως τοῦτο κἂν ἐννοῆσαι [44] τολμήσαιεν, ἀγόμενον πρὸς ἀπόθεσιν τοῦ σώματος. Οὐ γὰρ ἕπεται πρὸς τελείωσιν ἄλλοις, οὔτε διὰ προκοπῆς ἐνθεωρούμενον ἔχει τὸ τέλειον, ὁ μόνος κατὰ φύσιν τελειότατος καὶ πάσης ποιητὴς τελειότητος, οὔτε σὺν ἄλλοις ἀναμένει τὸ τέλειον δέξασθαι, κατ' οὐδὲν οὐδενὶ τῶν ὄντων τὸ σύνολον εἰς τὸ δεῖσθαι προκοπῆς ὑπάρχων ὅμοιος, ἵνα καὶ αὐτὸς τότε τοῦ σώματος τὴν φύσιν ἀπόθηται, ὅτε τοῖς λοιποῖς ἡ ἐπ' ἄκρον προκοπὴ τὴν τοῦ σώματος ἀπόθεσιν γενέσθαι παρασκευάζει. Ἐπεὶ οὐκ ἔτι ἀρχηγὸς τῶν σωζομένων ἐστὶ καὶ σωτὴρ, ὡς τὸ καθ' ἡμᾶς τέλος τῆς τελειότητος μυστικῶς ἐφ' ἅπαξ ἐν ἑαυτῷ μὴ παραδείξας, ἀλλ' εἷς τῶν σωζομένων καὶ ἀρχομένων καὶ δεομένων ἄλλου τοῦ [45] δεικνύοντος ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐφ' ἣν πάντες οἱ λόγου φυσικῶς μετειληφότες ἐπείγονται τελειότητα καὶ αὐτὸς ὑπάρχων ἀναφανήσεται. Οὐχ
Cod. f. 233 b. οὕτω δὲ τοῦτ' ἔχει. Πόθεν; Οὐδὲ τῆς | ἀληθείας ὁ λόγος
Hebr. 2, 10. τῶν [46] ταῦτα λεγόντων ἀνέχεται. Ἀρχηγὸν γὰρ καὶ τελειωτὴν τῆς ἡμῶν σωτηρίας αὐτόν φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὡς σαρ-

---

38. τοῦ om. ed. Gall. 39. τε non habet ed. Gall.

rum mysteriosissimum est Christi, quod utique omni secundum omnem intellectum vel existenti vel extiturae perfectioni limites imponit, quodque omnium limitum ac finium repagula supergreditur, hoc vero mysterium cum incarnato ac perfecte homine dei verbo et esse et existere corpus docet de nostra carne desumptum atque nobis coessentiale, unitum ipsi secundum substantiam, cum quo et assumptus est in caelos, supra omnem principatum et potestatem et virtutem nomenque quodcunque nominatur, non modo in hoc saeculo, sed etiam in futuro, atque cum deo atque patre nunc et per interminata saecula sedet, omnes transgressus caelos et superior omnibus factus, et rursus veniet, ut reformet atque instauret universum nostrasque animas salvas reddat et corpora, sicut credidimus et credimus semperque utinam credere perseveremus, — quis tam est temerarius atque audax, solumque petulanter adversus conspicua et manifesta litigandi gnarus, ut vel leviter cogitet corpora ad non-existentiam unquam transitura, iuxta profectum in id quod perfectum est entium rationalium, ut ipsi loquuntur, si modo credat dominum ac deum universorum cum corpore esse et nunc et in perpetuum, qui etiam aliis proficiendi facultatem potentiamque largitur, quique omnes ad propriam gloriam, quantum fieri potest, virtute incarnationis adducit et provocat, ut auctorem salutis omnium, et qui omnium emaculet sordes? Sed neque ab illis ut exemplaribus suae perfectionis, si quidem prorsus hoc vel cogitare audeant, inducitur ad corporis depositionem. Non enim aliis obsequitur perfectionis gratia, neque per profectum quid sit perfectum agnoscit, ipse qui solus natura est perfectissimus omnisque perfectionis auctor, neque eum aliis praestolatus ut quod perfectum est recipiat, nullatenus nulli, quotquot existunt, similis existens in eo quod indigeat profectu, ut et ipse tum corporis naturam deponat, quando reliquis summus profectus corporis depositionem conciliet. Siquidem haud amplius dux et salvator eorum qui salvantur esset, quippe qui finem perfectionis nostrum mystice in semetipso semel non ostenderit, sed eorum unus etiam ipse cernetur qui salvantur et ab alio reguntur, quique indigent altero qui ostendat in seipso perfectionem istam ad quam omnes qui rationis natura sunt participes contendunt. Non ita haec res se habet. Qui enim? Nec veritatis sermo talia dicentes tolerat. Auctorem enim et consummatorem salutis nostrae ipsum appellat divinus apostolus, utpote incar-

---

40. οὖτω ed. Gall. 41. προπετῶς μόνον εἰδὼς ed. Gall. 42. ἧξιν ed. Gall., sed emendat. in annot. 43. ἀνακαθάραντα ed. Gall. 44. τολμῆσαι ed. Gall. Editores coniecerunt τολμήσαις. 45. δεικνύντος ed. Gall. 46. ταῦτα ed. Gall.

κωθέντα δι' ἡμᾶς ἵνα τὴν ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐν ἑαυτῷ δαπανήσῃ, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἀγωγῆς ἑαυτὸν πᾶσι δῷ τύπον καὶ πρόγραμμα τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, ὡς διδάσκαλος ἀγαθός τε καὶ * σοφὸς, τὰ ῥητέα καὶ τὰ πρακτέα πρὸς ὑποτύπωσιν ἡμῶν δι' ἑαυτοῦ πρότερον ἐκτελοῦντα, ἀποθανόντα [47] καὶ ἀναστάντα καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα μετὰ τοῦ σώματος ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀποθνήσκοντες βεβαίως ἐλπίζωμεν ἀναστῆναι, καὶ ζωὴν ζῆσαι παντὸς θανάτου καὶ πάσης φθορᾶς παντελῶς κεχωρισμένην, καὶ ἀναληφθῆναι εἰς οὐρανοὺς, καὶ τὴν ἐν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μεσιτεύοντος τιμήν τε καὶ δόξαν λήψεσθαι, καὶ τὴν σὺν αὐτῷ μακαρίαν καὶ αἰώνιον μονὴν, σώματος δὲ [48] καθ' ὁτιοῦν ἀπόθεσιν μὴ ἐκδέχεσθαι, ὅτι μηδὲ τῆς ἁγίας γραφῆς ὁ λόγος ἡμᾶς τοῦτο διδάσκει. Μήτε μὴν ἐν τῷ ἀρχηγῷ τῆς σωτηρίας ἡμῶν τεθεάμεθα τοῦτο προγεγενημένον. Εἰ γὰρ φίλον ἦν αὐτῷ καὶ τοῦτο [49] γενέσθαι, πρῶτος ἂν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ προενήργει καὶ τοῦτο μετὰ τῶν λοιπῶν, οἷς ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς ὡς φιλάνθρωπος ὑποθεὶς καθ' ἡμᾶς ἐτελείωσεν, εἰς τὸ ἡμᾶς μετὰ τῶν ἄλλων [50] εἰς τοῦτο πιστεύοντας ἐλπίζειν. Πῶς δὲ, εἴπερ ἀνασχοίμεθα τοῦτο λεγόντων αὐτῶν, κατὰ τὸν ἅγιον τοῦτον διδάσκαλον, πιστεύσομεν ὅτι τὸ ἑνωθὲν τῷ θεῷ καὶ [51] σώζεται; Ὃ γὰρ, φησὶ πρὸς Κληδόνιον γράφων, ἥνωται τῷ θεῷ, τοῦτο καὶ [52] σώζεται. Ἡνώθη δὲ τῷ [53] θεῷ λόγῳ μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα. Ἄρα μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα σωθήσεται. Καὶ πάλιν, εἰ διὰ τοῦτο σαρκοῦται, κατὰ τὸν θεόφρονα τοῦτον διδάσκαλον, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ, πῶς τὸ σωζόμενον ἀπολεῖται, καὶ | θνήξεται πάλιν τὸ ἀθανατιζόμενον, μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, θεωθὲν ὅλον διὰ μέσης τῆς νοερᾶς ψυχῆς θεότητι μεσιτευούσης καὶ σώματι, παροῦσαν ὅλην ἀῤῥήτως [54] οὐσιωδῶς τὴν τοῦ σαρκωθέντος ὑπόστασιν θεοῦ λόγου [55] δεξάμενον, καὶ ἴδιον αὐτὸ σῶμα ποιησαμένου τε καὶ ἀποφήναντος, οὐκ ἔχω συνιδεῖν. Τίνος δὲ χάριν, εἴπερ τῷ μυστηρίῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως καὶ τοῦτο περιέχεται τὸ δόγμα, μὴ τοῖς ἄλλοις συμπεριελήφθη ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς κατὰ τὴν ἀμώμετον πίστιν τῶν Χριστιανῶν ἐκθέσεως ὑπὸ τῶν ἁγίων [56] καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν, [57] τῶν συναθροισθέντων κατὰ καιροὺς ἐπὶ βεβαιώσει τῶν θείων τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δογμάτων, λέγειν τοῖς σοφοῖς [58] καταλείψωμεν. Ἀλλ' ἀρκεῖν οἶμαι πρὸς τὸ παρὸν παρεκβατικῶς ταῦτα ῥηθῆναι πρὸς τούτους. Πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους τρεψώμεθα.

Greg. Naz. Epist. ad Cledon. p. 87. tom. II. edit. Bened.

Cod. f. 234 a.

---

* „Videntur haec per quartum casum efferenda.' (Editores Galland.)
47. τε καὶ ed. Gall. 48. καθότιοῦν ed. Gall. 49. λέγεσθαι ed. Gall. 50. καὶ ed. Gall.

natum propter nos ut peccatum nostrum in se ipso conficeret, seque imaginem praeberet omnibus atque exemplar castitatis vitae et integritatis iis qui credant in eum, ut magister bonus et sapiens, ea quae dicenda quaeque facienda sint ad informationem institutionemque nostram per se ipsum prius perficientem, morientem atque resurgentem atque assumptum in caelos, et sedentem cum corpore ad dextram dei ac patris, ut nos quoque morientes firmiter speremus fore ut resurgamur, vitamque vivamus omnis mortis omnisque corruptionis prorsus expertem, assumamurque in caelos, ac compotes fiamus in deo et patre, mediatore filio ipsius, honoris et gloriae, mansionisque beatae et aeternae cum illo, corporis vero depositionem nullo omnino modo patiamur, quandoquidem neque divinae scripturae sermo istud nos docet. Neque enim in auspice salutis nostrae vidimus hoc antea factum fuisse. Si enim ipsi placuisset ut etiam hoc fieret, primus utique ipse in se operatus fuisset, et id cum reliquis quibus seipsum utpote benignus propter nos subiecit quaeque secundum nos perfecit, ut nos cum ceteris hoc quoque credentes speraremus. Quomodo enim, si hoc eos dicentes feramus, secundum sanctum hunc magistrum, credemus id quod unitur deo, etiam salvari? ,Quod enim', ait ad Cledonium scribens, ,unitum est deo, hoc etiam salvatur.' Porro unitum est deo verbo simul cum anima etiam corpus, ergo simul cum anima corpus quoque salvatur. Et rursus, si propterea incarnatur, iuxta divinum hunc doctorem, dei Verbum, ut et imaginem salvet et carnem immortalem reddat, quanam ratione id quod salvetur interiturum sit, moriturum sit item quod immortale effectum sit, vel, ut magis proprie dicam, divinum effectum sit totum, mediante anima intellectuali divinitatem inter et corpus, praesentique omni ineffabili quodam modo essentialiter suscepta dei sermonis incarnati substantia, qui etiam proprium sibi corpus effecerat et prae se tulerat, hoc equidem intellegere non habeo. Cuius vero rei gratia, si quidem mysterio fidei ecclesiasticae et hoc continetur dogma, non sit cum ceteris comprehensum in symbolo quo sincera et inculpata Christianorum fides a sanctis et beatis patribus nostris exposita fuit, identidem congregatis ad stabilienda divina sanctae dei et apostolicae ecclesiae dogmata, id sapientibus dicere relinquamus. Sed satis esse existimo nunc contra istos haec per digressionem dicta fuisse. Iam igitur ad alios convertamur.

---

51. ζώσεται ed. Gall. 52. ζώσεται ed. Gall. 53. θεῷ om. ed. Gall. 54. οὐσιωδῶς in codicis Gudiani margine ab eadem manu adscriptum legitur. 55. δεξαμένους suspicabantur editores Galland. 56. καὶ μακαρίων non comparet in ed. Gall. 57. τῶν non habet ed. Gall. 58. καταλείψομεν ed. Gall.

Πρὸς τοὺς λέγοντας τῶν ψυχῶν προϋπάρχειν τὰ σώματα.

Τὸ μεθυπάρχειν τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς, ὦ οὗτοι, λέγειν εὔκολον καὶ τοῦ βουλομένου παντὸς, τὸ δὲ λόγῳ συστήσασθαι τὸ λεγόμενον πάνυ δύςκολον καὶ ἐργῶδες, καὶ οὔποτε ῥᾴστην ἔχον τῆς σπουδῆς τὴν ἀπόδειξιν. Εἰ γὰρ τὸ καταβαλλόμενον καθ' ὑμᾶς εἰς πρόφασιν τῆς ἀνθρωπίνης γενέσεως παντάπασίν ἐστιν ἄψυχον, καὶ ζωτικῆς δηλονότι δυνάμεως πάντη καθέστηκεν ἄμοιρον. Τὸ γὰρ ψυχῆς παντελῶς τῆς οἱασοῦν ἐστερημένον καὶ πάσης ζωτικῆς ἐνεργείας ἐστὶν ἔρημον. Εἰ δὲ ψυχῆς καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ζωτικῆς δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας παντελῶς καθέστηκεν ἄμοιρον, δηλονότι νεκρὸν τυγχάνει· εἰ δὲ νεκρὸν αὐτὸ ὑποτιθέμεθα εἶναι, οὔτε τρέφεται οὔτε αὔξεται, οὐδ' ὅλως ὑποστῆσαι δυνήσεται, καὶ μεῖναι παντελῶς ἀσκέδαστόν τε καὶ ἀδιάχυτον. Τεκμήριοῖ δὲ τὸ | λεχθὲν ὁ ἐν τοῖς σώμασι τῶν ἑλκῶν ἀκεσμός. Cod. f. 234 b. Ἡνίκα γὰρ ἐφάπτονται τούτων ἰατρῶν παῖδες, εἰ εὕροιεν ἐπιπολάζον σῶμα νεκρὸν, τοῖς κατεσθίουσι τοῦτο φαρμάκοις προαναλώσαντες, οὕτω τὰ πρὸς ἀνάδοσιν τοῦ κοιλανθέντος ἐκ τῆς ὠτειλῆς σώματος ἐπιβάλλουσιν εἰς ἀναπλήρωσιν, ὡς τοῦ ζῶντος δηλαδὴ σώματος φύσιν ἔχοντος ἀναπεμπάζουσαν καὶ δύναμιν τῆς οἰκείας ἕξεως συστατικήν τε καὶ ἐπανακλητικὴν, τοῦ δὲ νεκροῦ τοῦτο μηδαμῶς ἐνεργοῦντος, ἅπαξ νενεκρωμένου καὶ παντελῶς ζωτικῆς ἐστερημένου δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο ἀνενεργήτου τυγχάνοντος. Πῶς δὲ καὶ στήσεται τὸ φύσει σκεδαστόν τε καὶ εὐδιάλυτον, μὴ οἱονεὶ θεμελίου τρόπον κατ' ἐπίνοιαν προϋποκειμένης τινὸς ζωτικῆς δυνάμεως, περὶ ἑαυτὴν φυσικῶς συγκρινούσης τε καὶ διασφιγγούσης τὸ σκεδαννύμενον, ἐν ᾗ τὸ εἶναί τε καὶ εἰδοποιεῖσθαι παρὰ τῆς τὰ ὅλα σοφῶς τεχνιτευούσης δυνάμεως ἔχειν ἔλαχεν; Ἐν ᾧ γὰρ ἂν πράγματι μετὰ τὸ τεχθῆναι περίεστιν ἀληθῶς [1] τὸ εἶναι τῷ σώματι, ἐν ἐκείνῳ πάντως δικαίως ἂν λέγοιτο ἔχειν καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως. Οὕτινος γὰρ τῷ χωρισμῷ διαλύεσθαι πέφυκε τὸ σῶμα, τούτου δηλαδὴ τῇ ὑπάρξει κατὰ τὴν γένεσιν εὐλόγως ἂν πάντως καὶ συνυφέστηκεν. Εἰ δὲ τούτοις στενοχωρούμενοι τοῖς λογισμοῖς, ὦ οὗτοι, φατὲ μὴ νεκρὸν εἶναι παντάπασι τὸ καταβαλλόμενον εἰς πρόφασιν τῆς ἀνθρωπίνης συστάσεως, ζωτικῆς δέ τινος κἂν ποσῶς μετέχειν δυνάμεως, ὡς ψυχὴν ἔχον δηλονότι τῆς τοιαύτης μεθέξει δυνάμεως (χωρὶς γὰρ ψυχῆς εἶδος ζωῆς οὐκ ἂν εἴη πώποτε καθάπαξ ἐν τοῖς ὑπὸ φύσιν ἀναγομένοις καὶ τῆς οὐρανίου δῆλον ἀεικινήτου περιφορᾶς ἐντὸς διειλημμένοις, ἀεὶ δὲ ζωῆς εἶδος ἄνευ ψυχῆς τὸ παράπαν οὐκ ἔστι κατὰ τὴν λογικὴν ἀκολουθίαν), οἱονδ' ἂν ὑποτίθεσθε ζωῆς εἶδος τὸ καταβαλλόμενον ἔχειν κατὰ τὴν σύλληψιν, ψυχῆς τινος μόνον ἰδιότητα ἐνεφήνατε, συστατικὴν μὲν τῆς ἐν ᾗπέρ ἐστιν οὐσίας,

Contra eos qui corpora ante animas existere affirmant.

Post corpora existere animas, o isti, dicere facile et cuiusvis volentis est, at ratione probare quod dicitur perquam difficile est atque operosum, studiique et diligentiae in hac quaestione collocatae facile nunquam habebit fructum et probationem. Si enim id quod secundum vos in generationis humanae materia ponitur inanimatum omnino est, sequitur necessario ut etiam vitalis nimirum potestatis plane sit expers. Nam quod anima, quoquo modo comparata fuerit, caret, id omni vitali privatum est virtute. Quod si anima eiusque vitalis potestatis et virtutis plane expers est, mortuum esse manifestum est, verum si mortuum esse statuitur, neque alitur neque crescit, neque ullo modo subsistere poterit, aut indissipatum et indiffusum manere. Quod probat vulnerum in corpore sanatio. Quae quando medicorum filii attingunt temptantes si corpus mortuum emergens reperiant, medicamentis quae id devorent ante insumptis, ita quae reficiendo corpori de vulnere laeso idonea sint adhibent ad suppletionem, quatenus vivum videlicet corpus natura praeditum est resarciente et virtute quadam habitum proprium compingendi revocandique, cum mortuum contra corpus id nullo modo efficiat, semel mortificatum, vitalique potestate prorsus destitutum, et idcirco inefficax. Quomodo vero et stabit quod natura dissipatum est atque nullo negotio dissolvitur, cum tanquam fundamenti in modum cogitatione nulla ante subiecta sit virtus vivifica, quae circa sese naturaliter coagmentet diffusum atque constringat, in qua et existentia et formatio ab ea virtute quae est universa sapienter fabricata inesse sortitae sunt? In quacunque enim re postquam facta est generatio vere superstes est existentia corpori, in ea recte omnino principium quoque existentiae inesse dicatur. Nam a quo separatum corpus dissolvitur, huius, uti apparet, cum existentia in generatione etiam coëxtitisse plane est consentaneum. Si autem, o isti, his argumentationibus coarctati, quod hominis procreandi gratia seminatur mortuum esse negatis, vitalem vel quantulamcunque virtutem participare affirmantes, quod animam videlicet huius virtutis communione habeat (sine anima enim nulla semel vitae species tam in eis unquam quae in naturam prolata quam quae in orbe caeli semper mobile intus comprehensa sunt, reperiatur, ac semper vitae species secundum rationis consequentiam extat prorsus nulla nisi cum anima), qualemcunque vitae speciem supponitis inesse in conceptionis propagine, animae alicuius solum proprietatem significastis, qua quidem ea in

1. τῷ habet apographum cod. Gudiani.

Cod. f. 235 a. ἀφοριστικὴν δὲ τῶν μὴ τοιούτων διαφοράν. Εἰ δὲ | καὶ ψυχὴν ἔχειν τὸ ἔμβρυον· βίας πρὸς τὸ δέον ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠθούμενοι λέγετε, τίνα τε καὶ ὁποίαν ταύτην, καὶ πῶς θεωρουμένην ἢ λεγομένην, ὑμᾶς λέγειν ἐστὶν ἀκόλουθόν τε καὶ πρόςφορον. Καὶ εἰ μὲν μόνην τὴν θρεπτικήν τε καὶ αὐξητικὴν ἔχειν αὐτὸ διαβεβαιοῦσθε ψυχὴν, φυτοῦ τινος δηλονότι καὶ οὐκ ἀνθρώπου τῷ λόγῳ τούτῳ καθ' ὑμᾶς τὸ τρεφόμενον καὶ αὐξόμενον ἔσται σῶμα. Καὶ πῶς τοῦ φυτοῦ πατὴρ ὁ ἄνθρωπος ἔσται συνιδεῖν οὐκ ἔχω, πολλὰ σκοπῶν, ἐξ ἀνθρώπου παντελῶς τὸ εἶναι κατὰ φύσιν οὐκ ἔχοντος. Εἰ δὲ τὴν αἰσθητικὴν μόνην τῷ ἐμβρύῳ προσμένετε ψυχὴν, ἵππου πάντως ἢ βοὸς ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν χερσαίων ἢ ἐναερίων ζώων ψυχὴν ἔχον δειχθήσεται κατὰ τὴν σύλληψιν τὸ ἔμβρυον, καὶ πατὴρ οὐκ ἔσται κατὰ φύσιν ἀνθρώπου καθ' ὑμᾶς ὁ ἄνθρωπος, κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν, ἀλλὰ φυτοῦ τινος, καθὼς ἔφην, ἢ ζώου τῶν ἐπὶ γῆς. Οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον ἢ φρενοβλαβέστερον; Τὸ γὰρ μὴ συνυπάρχειν διαβεβαιοῦσθαι τῇ πρώτῃ συστάσει τῶν ὄντων κατὰ τὴν ἑκάστου φυσικὴν διαφορὰν ἀπαραλείπτως τοὺς οἰκείους τῆς ὑπάρξεως ὁρισμοὺς, φύρειν ἐστὶν εἰς ἄλληλα τὰ πάντα, καὶ μηδὲν εἶναι κυρίως τῶν ὄντων ὅπερ ἐστί τε καὶ λέγεται διϊσχυρίζεσθαι. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον κακὸν, διαβολὴν τῆς θείας σοφίας τε καὶ δυνάμεως ἀρίδηλον ἔχον μεγίστην πάντως δειχθήσεται. Εἰ γὰρ πάντα τὰ ὁπωσοῦν ὄντα πρὸ γενέσεως αὐτῶν κατὰ τὴν πρόγνωσιν τοῦ θεοῦ τῷ οἰκείῳ λόγῳ τὸ τέλειον ἔχει, δηλονότι καὶ ἅμα τῷ εἶναι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον πρὸς γένεσιν παραγόμενα ἀπαραλείπτως αὐτῇ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ τέλειον ἕξει. Εἰ δὲ τὸ μὲν τέλειον κατὰ τὴν πρόγνωσιν ἔχει τὰ ὄντα, κατὰ δὲ τὴν εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν τε καὶ γένεσιν τὸ ἀτελὲς, ἢ οὐκ αὐτὰ ἐκεῖνα ἔσται τὰ προγνωσθέντα, ἀλλ' καθ' ἑτέρων ἕτερα, ἢ τοῦ δημιουργοῦ πρόδηλος ἀσθένεια τοῦτο ἂν εἴη καὶ σαφὴς, μὴ δυνηθέντος κατὰ τὴν πρόγνωσιν τὸ προγνω-

Cod. f. 235 b. σθὲν ἀθρόως ἅμα τῇ γενέσει κατὰ τὴν ἐνέργειαν | ὡς εἶναι πέφυκε κατὰ τὴν οὐσίαν, παραστῆσαι πληρέστατον. Εἰ δὲ τούτους ὑφορώμενοι τοὺς ἐλέγχους ἐπ' ἐκεῖνο καταφύγοιτε τελευταῖον, φάσκοντες μὴ δίκαιον εἶναι τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ καὶ θεῖον (οὕτω τὴν νοερὰν καλοῦντες ψυχὴν) ῥεύσει καὶ ἡδονῇ ῥυπαρᾷ συνυπάρχειν, μετὰ δὲ τὰς τεσσαράκοντα τῆς συλλήψεως ἡμέρας ἐπεισκρίνεσθαι λέγειν εὐσχημονέστερον οἴεσθαι δεῖν, τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν σαφῶς αἰτιώμενοι φανήσεσθε, καὶ τὸν ἐντεῦθεν τῆς βλασφημίας ἀναφαινόμενον εἰκότως ὑπέχοντες φοβερὸν δειχθήσεσθε κίνδυνον. Εἰ γὰρ κακὸς ὁ γάμος, δηλονότι καὶ ὁ κατὰ φύσιν τῆς γενέσεως νόμος· εἰ δὲ κακὸς ὁ τοιοῦτος τῆς κατὰ φύσιν γενέσεως νόμος, ὁ τὴν φύσιν δηλονότι πεποιηκὼς, καὶ δοὺς αὐτῇ νόμον γενέσεως, δικαίως ἂν καθ' ὑμᾶς αἰτιαθήσεται. Καὶ τί τοὺς ἀπὸ

qua inest essentia struatur et eorum quae non eiusmodi sunt differentia definiatur. Iam vero etiam si embryon anima praeditum esse a veritate coacti (nam acriter vos urgere opus est) statuitis, qua et quali ista, et quomodo observata aut appellata convenienter sequitur ut doceatis. Atque si solam illud nutriendi et augendi animam habere affirmatis, plantae alicuius profecto, non hominis, hac ratione secundum vos corpus illud quod nutritur et augetur erit. Et quomodo plantae pater homo sit intellegere, quoquo considera-tione vertor, equidem non habeo, cum de homine plane existentiam secundum naturam non habeat. Si contra sensualem solam in embryo inesse animam asseveratis, equi plane vel bovis vel alterius alicuius animalium terrestrium aut volatilium animam habere embryon de conceptione manifestabitur, ac secundum naturam hominis per vos homo pater non erit, in prima coagmentatione, sed plantae alicuius, uti dicebam, vel animalium terrestrium alicuius. Et quid hoc esset absurdius aut amentius? Non enim coexistere plene cum prima eorum quae sunt compositione pro uniuscuiusque naturali differentia proprios extantiae fines asseverare, hoc omnia inter se confundere est, atque eorum quae extant nullum id proprie esse quod est affirmare. Et gravius malum, divinae sapientiae atque potestatis calumniam maximam manifesto id continere probabitur. Nam si omnibus quoquomodo existentibus antequam procreentur secundum dei praecognitionem propria inest ratione perfectio, apparet quod etiam simul cum existentia secundum propriam rationem in originem producta plene ipsa virtute et actione habebunt perfectionem. Iam si perfectio inest secundum dei praecognitionem in rebus existentibus, sed imperfectio secundum productionem in existentiam et originem, fit aut ut non ipsa illa sint quae praecognita sunt, sed alia pro aliis, aut ut opificis hoc sit manifesta imbecillitas atque aperta, cum quod secundum praecognitionem praecognosset statim una cum generatione secundum virtutem et actionem ita ut essentialiter comparatum est plenissime repraesentare non posset. Quae quidem argumenta reformidantes si ad illud extremum confugitis, iniquum esse dicentes, quod imago atque pars divina (intellectualem ita appellatis animam) cum fluxione atque sordida voluptate coëxistat, et honestius esse statuendum post quadraginta conceptionis dies insinuari illam, naturae opificem aperte calumniari videbimini, argueminique quod horrendum blasphemiae huius, quae palam est, periculum non temere subitis. Nam si matrimonium malum est, mala est, ut apparet, naturalis quoque procreationis lex: et si mala est ea naturalis procreationis lex, etiam is videlicet qui naturam effecit, ac legem procreandi ei dedit, in malitiae apud

Μάνεντος καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ αἱρετικούς, ταύτης ἕνεκα τρόπον τινὰ καὶ μόνης τῆς αἰτίας, δύο ἀρχὰς ὑποστησαμένους, καὶ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν ἀρνησαμένους, ἀποστρεφόμεθα, τὸ αὐτὸ λέγοντας, εἰ καὶ μὴ διὰ τῶν αὐτῶν, καὶ ὑμᾶς εὑρηκότες. Εἰ δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας συνυπάρχειν τῷ σώματι κατὰ τὴν σύλληψιν τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχὴν λέγειν δι' αἰσχύνης εὐλάβειαν παραιτεῖσθε μηδὲ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας, μήτε μετὰ τὸν ἐννεαμηνιαῖον τῆς κυοφορίας χρόνον, μήτε μὴν μετὰ τὸν τόκον, πρὸ τῶν μ' ἡμερῶν τοῦ καθαρισμοῦ φάναι τολμήσετε τὸ γεννηθὲν ἔχειν τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχήν. Οὐ γὰρ προςιτὸν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ τέως ἐστὶ τὸ τεχθὲν, ὡς ἀκάθαρτον τῷ νόμῳ διοριζόμενον. Ὡς λοιπὸν μέχρι τῆς τῶν ἡμερῶν τοῦ καθαρισμοῦ συμπληρώσεως μὴ ἔχειν τὸ τικτόμενον τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχὴν κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ὑπονοεῖν, ἀλλά τινος, ὡς ἔφην μικρῷ πρόσθεν, φυτοῦ ἢ ζώου ἀλόγου τῶν ἐν τοῖς οὖσι

Cod. f. 236 a. διειλημμένων. Εἰ δὲ πρόφασις | ὑμῖν τοῦ τοιούτου λόγου καθέστηκε τὸ γεγραφέναι τὸν μέγαν Μωϋσῆν, δίκας μὴ ἀπει-

Exod. 21, 22. τεῖσθαι τὸν πλήξαντα τὴν κυοφοροῦσαν γυναῖκα, πρὸ τεσσαράκοντα ἡμερῶν εἰ συμβαίη διὰ τῆς πληγῆς αὐτὴν παρὰ τὸν καιρὸν ἀποθέσθαι τὸ ἔμβρυον, ἰστέον ὡς οὐ τὴν εἰς τὸ σῶμα τότε τῆς λογικῆς ψυχῆς γινομένην εἴςοδον ἐμφαίνων ὁ σοφὸς Μωϋσῆς, ἀλλὰ τὸν τέλειον τοῦ καταβληθέντος ἐξεικονισμὸν ἀπαρτίζεσθαι τότε δηλῶν, τέως κατὰ τὸν πρόχειρον νοῦν τοῦτο γέγραφε. Προςεπὶ τούτοις δὲ πᾶσι, δέδοικα τὸν τοιοῦτον προςδέξασθαι λόγον, μήπως ἡ τοῦ λόγου καθ' εἱρμὸν προβαίνουσα τάξις φοβερῶν ποιήσῃ με δικαίως ἐγκλημάτων ὑπεύθυνον, ὅπερ μὴ θέμις εἰπεῖν ὅσον ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου με βιαζομένη τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν λέγειν, εἴπερ ἀληθῶς καθ' ἡμᾶς γενέσθαι κατηξίωσεν ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, κατὰ τὴν σύλληψιν ἄψυχον καὶ ἄνουν ἄνθρωπον γεγονέναι, καὶ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας οὕτως ἔχοντα μεμενηκέναι, τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν καὶ διδασκάλων διαῤῥήδην βοώντων, μᾶλλον δὲ τῆς δι' αὐτῶν λαλούσης τε καὶ λαλουμένης ἀληθείας, ἅμα τῇ καθόδῳ τοῦ θεοῦ λόγου κατὰ τὴν σύλληψιν ἀχρόνως διὰ μέσης ψυχῆς λογικῆς ἑνωθῆναι σαρκὶ τὸν κύριον αὐτὸν καὶ θεὸν λόγον, ἀλλ' οὐ διὰ μέσης σαρκὸς ἀψύχου λογικὴν ψυχὴν προςδέξασθαι προςγινομένην, καὶ οὐκ ἄψυχον σῶμα παντελῶς ἢ ἄνουν ψυχὴν καὶ ἄλογον ἀνειληφέναι, ἀλλὰ τελείαν ἀνελλιπῶς τὴν φύσιν τὴν ἐκ ψυχῆς λογικῆς ἅμα καὶ σώματος συνισταμένην ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν ἀῤῥήτως ἑνῶσαι. Διὸ μάλιστα περιέχομαι τοῦ τῆς συνυπάρξεως λόγου, τοὺς ἐφ' ἑκάτερα δι' ἐναντίας ὄντας ἀλλήλοις τε καὶ τῇ μεσότητι προςφυῶς ἀποπεμπόμενος, αὐτὸν τὸν τῆς φύσεως ποιητὴν ἔχων τῷ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίῳ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ τοιούτου λόγου |

vos crimen iure incurret. Et quid Manichaeos et antiquiores, si ita est, aversamini haereticos, propter hanc quodam modo, et unicam causam duo principia substituentes deumque universarum rerum abnegantes, postquam vos ipsos idem quod illi, etsi non per eadem, statuere deprehendistis? Quodsi hacpropter coëxistere per conceptionem cum corpore animam rationalem et intellectualem pudoris metu dicere refugitis, ne post quadraginta quidem dies, nec post novem graviditatis menses, nec post ipsam partus editionem, ante quadraginta purgationis dies partum habere rationalem atque intellectualem animam dicere audebitis. Intra hoc enim tempus ad dei templum accedere infanti non licet, quippe impuro secundum legis sanctionem. Ita reliquum est ut ante dies purgationis completos partus nec rationalem nec intellectualem animam habere secundum argumentationis probabilitatem putetis, sed, ut paulo antea dixi, habere animam plantae, aut irrationalis animalis alicuius de numero eorum quae rerum natura comprehendit. Cuiusmodi opinionis si forte inde occasionem sumpsistis quod magnus Moyses scripsit ab eo poenas non esse repetendas qui gravidam mulierem cecidisset, ante quadraginta dies si propter plagam embryon in lucem ederet, sciendum est quod sapiens Moyses non rationalis ibi animae in corpus ingressum, sed perfectam sati figurationem absolvi intra id tempus significans, interim in hunc sensum haec scripserit. Ad haec vero omnia talem admittere sententiam reformido, ne qua sermonis serie procedens ordo horrendorum me criminum iure obnoxium faciat, quoad ex disputationis consequentia me dicere cogens dominum nostrum ac deum, quod dixisse nefas est, siquidem vere ad nos homo fieri dignatus est, peccati tamen expers, hoc est dixisse eum de conceptione inanimatum et mente non praeditum hominem effectum fuisse, et per quadraginta dies hoc statu perseverasse, cum sancti patres nostri atque doctores diserte conclament, immo ipsa per eos veritas affirmet et affirmetur, simul cum dei verbi per conceptionem descensione statim et nullo tempore interiecto per mediam animam rationalem dominum ipsum et deum Verbum cum carne coisse, non vero per mediam carnem inanimatam animam rationalem accedentem recepisse, et non inanimatum prorsus corpus aut mentis expertem irrationalemque animam adoptasse, sed perfectam plene naturam ex anima rationali simul et corpore consistentem sibimet secundum substantiam ineffabili quodam modo coadunasse. Quamobrem maxime amplexor coëxistentiae opinionem, ceterasque in utramque partem divergentes, quae tam sibi invicem quam medio contrariae sunt, ut consentaneum est, missas facio, et ipsum naturae conditorem suo quod sibi habet incarnationis myste-

Cod. f. 236 b. συνήγορόν τε καὶ διδάσκαλον ἀπαραλόγιστον, τὸν γενόμενον ἀληθῶς ἄνθρωπον, καὶ τὴν φύσιν τελείως ἔχουσαν ἅμα τῷ εἶναι κατὰ τὴν γένεσιν ὑφίστασθαι δι' ἑαυτοῦ βεβαιωσάμενον, καὶ μόνην καινοτομήσαντα τὴν καινοτομίαν τῆς φύσεως, λέγω δὴ τὴν διὰ σπορᾶς σύλληψιν καὶ τὴν διὰ φθορᾶς γέννησιν, ἅςπερ ἡ φύσις μετὰ τὴν παράβασιν ἐπεσπάσατο, τῆς θείας ἀποπεσοῦσα καὶ πνευματικῆς εἰς πλῆθος αὐξήσεως, ἀλλ' οὐ τὸν λόγον τῆς φύσεως καθ' ὃν ἐστί τε καὶ γίνεσθαι πέφυκεν ἅμα τῷ εἶναι ἐκ ψυχῆς λογικῆς ὑφισταμένη καὶ σώματος.

Περὶ τοῦ πῶς καινοτομία γίνεται τῶν καινοτομουμένων πραγμάτων μενόντων ἀτρέπτων κατὰ τὴν φύσιν.

Πᾶσα γὰρ καθόλου φάναι καινοτομία περὶ τὸν τρόπον τοῦ καινοτομουμένου πράγματος πέφυκεν, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον τῆς φύσεως γίνεσθαι, διόπερ ὁ μὲν λόγος καινοτομούμενος φθείρει τὴν φύσιν, οὐκ ἔχουσαν τὸν καθ' ὃν ἐστι λόγον ἀραδιούργητον, ὁ δὲ τρόπος καινοτομούμενος φυλαττομένου δηλαδὴ τοῦ κατὰ φύσιν λόγου θαύματος ἐνδείκνυται δύναμιν, ὡς τὴν φύσιν ἐνεργουμένην τε καὶ ἐνεργοῦσαν ὑπὲρ τὸν ἑαυτῆς ἀποδεικνὺς δηλονότι θεσμόν. Λόγος δὲ φύσεως ἀνθρωπίνης ἐστὶ τὸ ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ ἐκ ψυχῆς λογικῆς εἶναι τὴν φύσιν καὶ σώματος, τρόπος δὲ ἡ ἐν τῷ ἐνεργεῖν καὶ ἐνεργεῖσθαι φυσικῶς τάξις ἐστὶν, ἀμειβομένη τε πολλάκις καὶ ἀλλοιουμένη, τὴν δὲ φύσιν ἑαυτῇ παντελῶς οὐ συναμείβουσα. Καθάπερ καὶ ἐπ' ἄλλου·παντὸς ἔχει πράγματος, ἡνίκα καινίσαι τι περὶ τὴν ἑαυτοῦ κτίσιν ὁ θεὸς βουληθῇ προνοίας ἕνεκεν τῶν προνοουμένων, καὶ ἐνδείξεως τῆς ἐπὶ πάντα καὶ διὰ πάντων διηκούσης δυνάμεως. Ὥςπερ ἀμέλει παραδοξοποιῶν ταῖς ἀνέκαθεν τῶν θαυμάτων τε καὶ σημείων μεγαλειότησι καινοτομίας λόγῳ πεποίηκε, πρὸς ἕτερον εἶδος ζωῆς παρὰ τὸ ἐν σαρκὶ τῇ ὑπὸ φθορὰν μεταβιβάσας τὸν Ἐνὼχ τε καὶ τὸν Ἠλίαν τοὺς μακαρίους, οὐ κατ'
Cod. f. 237 a. ἀλλοίωσιν φύσεως, ἀλλὰ κατὰ | παραλλαγὴν τῆς κατ' αὐτὴν ἀγωγῆς καὶ διοικήσεως, ὕδωρ εἰς ἐπίκλυσιν τῶν ἐπὶ γῆς μοχθηρῶν ἀνθρώπων καθιστῶν τῷ ποσῷ πολλαπλάσιον, ἐν τῇ κιβωτῷ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἀποφαίνων τὸν πρῶτον πλωτῆρα Νῶε δίαιταν ἔχειν ἀλύμαντον, Ἀβραὰμ καὶ Σάῤῥαν τοὺς μεγάλους αὐτοῦ θεράποντας παιδὶ τιμῶν παρ' ἡλικίαν καὶ τὸν νενομισμένον πρὸς παιδοποιΐαν ὅρον τε καὶ χρόνον τῆς φύσεως, πῦρ τὴν ἐπὶ τὰ κάτω ποιεῖσθαι φορὰν εἰς ἐπίκλυσιν ἀσεβῶν παρασκευάζων, οὐδ' ὅλως τοῦ κατὰ φύσιν λόγου διὰ τοῦτο μειούμενον, τῆς βάτου πῦρ ἀκαύστως ἐξάπτων εἰς τὴν τοῦ θεράποντος πρόςκλησιν, ὕδωρ ἐν Αἰγύπτῳ πρὸς αἵματος μεταβάλλων ποιότητα, τὴν φύσιν αὐτοῦ παντελῶς μὴ ἠρνημένον, ὕδωρ μεῖναν κατὰ φύσιν καὶ μετὰ τὴν φοίνιξιν, καὶ τὰ

rio patronum huius opinionis atque doctorem infallibilem habeo, qui vere est homo factus, quique naturam, simul atque esse incepit, secundum generationem subsistere perfecte habentem per semetipsum confirmavit et solum naturae innovationem inchoavit, conceptionem per sationem inquam, atque generationem per interitum, quas natura post transgressionem sibi contraxerat, cum de divino et spirituali in multitudinem incremento delapsa esset, sed non naturae rationem, secundum quam et est et fieri potest, simul cum existentia ex rationali anima atque corpore suscepisset.

Quomodo innovatio fiat dum res innovandae firmae natura ac stabiles maneant.

Omnis etenim, ut universe dicam, innovatio circa modum rei innovandae, non circa rationem naturae, fieri comparata est, quia ratio innovata naturam laedit, quae eam secundum quam existit rationem non teneat intemeratam, modus vero innovandus, ita nimirum ut naturalis ratio servetur, miraculi ostendit virtutem, cum naturam nempe et actam et agentem ultra suam ipsius legem ac normam promoveat. Ratio autem humanae naturae est animam et corpus et ex anima rationali et corpore naturam esse, contra modus est ordo quo agitur naturaliter et agit, qui saepenumero vertitur et immutatur, sed naturam una cum semetipso omnino non mutat. Quemadmodum etiam in quacunque re alia fieri solet, quando deus circa suam aliquid conditionem voluerit innovare providentiae gratia eorum quibus providetur, et ad demonstrandam suam quae cuncta comprehendit ac permeat virtutem. Ita profecto virtutem exhibens miraculorum antiquitus atque ostentorum magnificentiis ratione innovationis est usus, cum ad alteram vitae speciem iuxta istam in carne et interitui obnoxiam Henoch et Eliam beatos viros transferret, non immutata eorum natura, sed vicissitudine instituendi eius administrandique, cum aquam ad submergendos improbos in terra homines quantitate multiplicari iuberet, cum in arca simul cum feris agrestibus primum navitam Noë vitam degere haud infestatam ostenderet, cum Abraham et Saram magnos sui cultores partu honoraret praeter aetatem ac legitimum prolis serendae terminum naturae ac tempus, cum ignem desuper cadere in hominum impiorum summersionem iuberet, nequaquam tamen per hoc imminutum ratione sua naturali, cum rubi ignem non urentem servi sui advocandi gratia accenderet, cum aquam in Aegypto in sanguinis mutaret qualitatem, naturam suam omnino non abnegantem, quippe quae aqua maneret secundum naturam quamvis rubefacta, cumque cetera miracula

λοιπὰ τῶν ἐκεῖσε θαυμάτων τε καὶ σημείων ἐπιτελῶν, πρὸς τὸ δοῦναι τοῖς μὲν πιστοῖς τῶν κατεχόντων δεινῶν ἐλευθερίας ἐλπίδα, τοῖς ἀπίστοις δὲ συναίσθησιν τῆς κολαζούσης δυνάμεως, πρὸς ἀπόθεσιν τῆς κατεχούσης αὐτοὺς περὶ τὸ θεῖον πωρώσεως, θάλασσαν τέμνων ῥάβδῳ καὶ τὸ συνεχὲς διαλύων τοῦ ὕδατος, τῆς οἰκείας μὴ ἐξισταμένου φύσεως, εἰς δίοδον μὲν τῶν δι' αὐτὸν διωκομένων, ἐποχὴν δὲ τῶν ἀναιτίως διωκόντων τὸ εὐγενὲς καὶ ἐλεύθερον, ὕδωρ ξύλῳ γλυκαίνων, καὶ ἄρτον ἀνήροτον οὐρανόθεν ὕων ξένον καὶ ἄγνωστον, καὶ πλῆθος ὀρνέων ἐδωδίμων ἐξαίφνης τῆς θαλάττης ἐκβράζων, χωρὶς τῆς κατὰ φύσιν ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς, πρὸς παραμυθίαν τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ κακοπαθούντων, ὕδατος μητέρα τὴν πέτραν ἀποδεικνὺς, εἰς βεβαίωσιν πίστεως τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι λειποτακτούντων, ποταμὸν ἀνακόπτων πρὸς διάβασιν ἄβροχον λαοῦ θεοσεβοῦς, ἡλίου τε καὶ σελήνης δρόμον ἐπέχων ἀκώλυτον παραδόξως, τὴν ἀεικίνητον τοῦ περιέχοντος| Cod. f. 237 b. φύσιν στήσας ἀκίνητον, πρὸς ὄλεθρον ἀσεβοῦς δυναστείας ἀμαθῶς ἀντιπαραταττομένης θεῷ, καὶ πρὶν λάβῃ πέρας τῶν δρωμένων ἡ δύναμις, καὶ εἰς κατάσχεσιν τῆς πόῤῥωθεν ἀψευδῶς ἐπηγγελμένης κληρονομίας. Καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα δὴ πεποιηκέναι λέγεται, κατά τε τὴν γῆν τῆς κατασχέσεως καὶ τὰς λοιπὰς εἰς ὅσας ἦλθε παρανομήσας ὁ παλαιὸς Ἰσραὴλ, περὶ τὸν τρόπον τῆς ἐνεργείας, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον τῆς ὑπάρξεως, τὴν φύσιν καινοτομήσας τῶν καινοτομηθέντων πεποίηκεν ὁ θεός. Μεθ' ὧν ἁπάντων καὶ μεθ' ἃ τὸ δι' ὃ πάντα καὶ δι' οὗ καινότατον ὄντως μυστήριον τῆς αὐτοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσεως ἐπιτελέσας περὶ τὸν τρόπον, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον, τὴν φύσιν ἐκαινοτόμησε, προσλήψει σαρκὸς διὰ μέσης ψυχῆς νοερᾶς, ἀῤῥήτως κυηθεὶς ἄνευ σπορᾶς, καὶ γεννηθεὶς ἀληθῶς ἄνευ φθορᾶς ἄνθρωπος τέλειος, ψυχὴν νοερὰν μετὰ σώματος ἐξ αὐτῆς τῆς ἀφράστου συλλήψεως ἐσχηκώς.

Ὅτι πᾶσα φύσις τῷ οἰκείῳ λόγῳ διαπαντὸς ἔχει τὸ τέλος.

Πᾶσα γὰρ, καθολικῶς εἰπεῖν, φύσις, νοητή τε καὶ αἰσθητὴ, ἤγουν ἁπλῆ καὶ σύνθετος, καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐκ μέρους τὴν πρὸς τὸ εἶναι τῆς γενέσεως ἀρχὴν οὐδέποτε δέχεται. οὔτε μὴν ἐξ ἡμισείας μοίρας ὑφίστασθαι δύναται. Ἀλλ' εἰ μὲν σύνθετος φύσις ἐστὶν, ὅλη τελεία τελείοις τοῖς οἰκείοις μέρεσιν ἀθρόως συνυφίσταται, μὴ ἔχουσα πρὸς ἑαυτὴν ἢ πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν ἐστι μερῶν τὴν οἱανοῦν κατὰ τὸν χρόνον διάστασιν. Εἰ δὲ ἁπλῆ φύσις ἐστὶν, ἤγουν νοητὴ, ὡσαύτως ἅμα τοῖς ἑαυτῆς ἀπαραλείπτως λόγοις τελεία τελείοις ἀθρόως συνυφίστασθαι πέφυκε, χρόνου τινὸς τὸ σύνολον αὐτὴν τῶν οἰκείων λόγων, οὐδαμῶς διακρίνοντος.

illa atque ostenta perficeret, ut fidelibus spem e calamitatibus quibus obsidebantur evadendi, infidelibus vero sensum castigantis virtutis suae praeberet, ad dissolvendam eorum circa deum qua tenebantur indurationem, mare virga dissecans atque aquae cohaerentiam separans ita ut de peculiari sua natura haud degeneraret, cum in transgressum eorum qui propter sese ab instante hoste premebantur, tum in repressionem eorum qui nobilitatem ac libertatem impudenter persequebantur, aquam ligno dulcem reddens, et panem nullo aratro partum caelitus pluens novum atque incognitum, et avium multitudinem esculentarum subito de mari ebulliens, extra naturalem singulorum ex se quo cohaerent ordinem ac seriem, in solatium eorum qui in deserto afflictabantur, aquae matrem saxum ostendens, in obfirmationem fidei eorum qui in acie ordines deserebant, flumen retundens in siccum transgressum pii populi, solis atque lunae cursum inhibens mirifice nullo obstaculo impeditum, et sistens caeli naturam semper immobilem adeo ut immota staret, in perniciem impiae dominationis, deo per ignorantiam aciem opponentis, idque ne prius ostenti omnium oculis obiecti virtus cessaret quam perfecta foret clades, atque ut in posterum obtinerent haereditatem verociter annuntiatam. Et reliqua quotquot deus tam in terra possessionis quam in ceteris in quas Israel vetus ob peccata veniebat, effecisse narratur, circa modum virtutis, sed non circa rationem extantiae innovando naturam eorum quae innovabantur, deus effecit. In quibus omnibus et post quae illud, propter quod haec sunt omnia et per quod, novissimum revera mysterium suum, quo carnem propter nos ingressus est, circa modum perficiens, at non circa rationem, naturam innovavit, carne per mediam animam intellectualem assumpta, ineffabili quodam modo sine satione conceptus, et generatus vere sine corruptione homo perfectus, animam intellectualem cum corpore ex ipsa quam interpretari non capit conceptione nactus.

Quod omnis natura propria semper ratione habeat finem.

Omnis enim, ut generatim loquar, natura, intellegibilis et sensibilis, vel simplex et composita, quocunque modo id est, ex parte nunquam capit initium generationis in existentiam, neque profecto ex dimidia parte subsistere potest. Sed si composita est natura, tota subsistit perfecta simul cum perfectis suis ipsius particulis, nec sui habet aut particularum ex quibus constat inter se ullam secundum tempus distantiam. Verum si simplex natura est, sive intellegibilis, pari modo una cum suis plene rationibus perfectis ipsa perfecta summatim subsistit, tempore prorsus nullo a suis rationibus

Οὔτε γὰρ ἦν ποτε καθόλου τις φύσις ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε ἔστιν, οὔτε ἔσται κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ὑπάρχουσα ὅπερ
Cod f. 238 a. νῦν οὐκ ἔστιν, οὔτε μὴν | νῦν ἐστιν ἢ ἐς ὕστερον ἔσται ὅπερ οὐκ ἦν πρότερον. Ὧν γὰρ οἱ λόγοι παρὰ τῷ θεῷ ἅμα τῷ εἶναι τὸ τέλειον ἔσχον, τούτων ἡ κατὰ τοὺς οἰκείους λόγους παραγωγὴ καὶ οὐσίωσις προςθήκης πάσης καὶ ἐλλείψεως τῆς πρὸς τὸ εἶναι ὅπερ ὄντα τυγχάνει παντελῶς ἐστιν ἀνεπίδεκτος. Ἀλλ᾽ ἀρκεῖν οἶμαι κατὰ τὴν τοῦ λόγου παρέκβασιν καὶ πρὸς τούτους τὰ νῦν ῥηθέντα, πρὸς τὸ μὴ παρασύρεσθαι ῥᾳδίως εἰς ἀτόπους δόξας παρὰ τῶν πίστιν ποιουμένων τὴν ἐν ταῖς κομψείαις τῶν λόγων τεχνικὴν πιθανότητα.

Διὰ τί συνῆψε τῇ σαρκώσει τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος.

Πρὸς τί δὲ βλέπων καὶ τίνος ἕνεκεν τῇ σαρκώσει συνῆψε τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος (τοῦτο γὰρ εἰς τὴν ἐξέτασιν ἔτι τοῦ προκειμένου λείπεται λόγου), συντόμως ὡς ἔμαθον ἐρῶ κατὰ δύναμιν. Φασὶν οἱ τὰ θεῖα μυστικῶς περιέποντες λόγια, καὶ τοῖς ὑψηλοτέροις, ὡς εἰκὸς, αὐτὰ σεμνύνοντες θεωρήμασι, κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ κατ᾽ ἀρχὰς γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ τῷ πάντως γεννηθῆναι κατὰ προαίρεσιν πνεύματι, καὶ προςλαβεῖν τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν διὰ τῆς τηρήσεως τῆς θείας ἐντολῆς αὐτῷ προςγενόμενον, ἵνα ᾖ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος πλάσμα μὲν τοῦ θεοῦ κατὰ φύσιν, υἱὸς δὲ θεοῦ καὶ θεὸς διὰ πνεύματος κατὰ χάριν. Οὐ γὰρ ἦν δύνατον ἄλλως υἱὸν ἀποδειχθῆναι θεοῦ καὶ θεὸν κατὰ τὴν ἐκ χάριτος θέωσιν τὸν γενόμενον ἄνθρωπον, μὴ πρότερον κατὰ προαίρεσιν γεννηθέντα τῷ πνεύματι, διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ φυσικῶς αὐτοκίνητον καὶ ἀδέσποτον δύναμιν. Ἥντινα θεοποιὸν καὶ θείαν καὶ ἄϋλον γέννησιν, διὰ τὸ προτιμῆσαι τῶν νοουμένων καὶ ἀδήλων τέως ἀγαθῶν τὸ κατ᾽ αἴσθησιν τερπνὸν καὶ ἐπίδηλον, παραλιπὼν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, τὴν ἐκ σωμάτων εἰκότως ἀπροαίρετον καὶ ὑλικὴν καὶ ἐπίκηρον |
Cod. f. 238 b. ἔχειν καταδικάζεται γέννησιν, ἀξίως κρίναντος τοῦ θεοῦ τὸν ἑκουσίως τῶν κρειττόνων τὰ χείρονα προελόμενον, τὴν ἐμπαθῆ καὶ δούλην καὶ κατηναγκασμένην, καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν ἐπὶ γῆς ἀλόγων τε καὶ ἀνοήτων κτενῶν γέννησιν τῆς ἐλευθερίας καὶ ἀπαθοῦς καὶ αὐθαιρέτου καὶ ἄγνης ἀνταλλάξαι γεννήσεως, καὶ τῆς σὺν θεῷ καὶ θείας καὶ ἀνεκλαλήτου τιμῆς τὴν μετὰ τῶν ἀνοήτων κτενῶν ἄτιμον ἀντιλαβεῖν συμπαρενύλησιν. Ἧς τινος τὸν ἄνθρωπον ἐλευθερῶσαι καὶ πρὸς τὴν θείαν εὐκληρίαν ἐπαναγαγεῖν βουλόμενος ὁ τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων δημιουργήσας λόγος, ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων ἀληθῶς γίνεταί τε καὶ γεννᾶται σωματικῶς χωρὶς ἁμαρτίας διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ βαπτίζεται, τὴν εἰς υἱοθεσίαν πνευματι-

utcunque separata. Neque enim erat unquam omnino aliqua natura in eis quae existunt, neque est, neque erit secundum suam ipsius rationem tale quid extans quod nunc non est, neque profecto nunc est aut in futuro erit quod antea non fuit. Quorum enim rationes apud deum simul cum existentia perfectionem habuerunt, horum secundum suas rationes productio atque in essentiam prolatio additamenti omnis et defectus ad existentiam eam quam sortita sunt expertes et non capaces. Sed satis esse opinor quae nunc secundum sermonis digressionem etiam adversum hos disputavi, ne facile in absurdas opiniones abstraherentur ab eis qui artificiosam probabilitatem in sermonum elegantiis pro fide habent atque commendant.

Quare magister cum incarnatione coniunxerit generationem per baptismum.

Quo respectu et qua causa magister cum incarnatione coniunxerit generationem per baptismum (hoc enim restat adhuc quaerendum in hac disputatione), id breviter ut didici pro viribus meis exponam. Qui divina mystice tractant oracula, ac sublimioribus, ut par est, contemplationibus honorant, hominem ad dei imaginem in principio factum esse tradunt, cum plane secundum voluntatem generatus esset spiritu, et similitudinem hanc accepisse attributam propter servatum dei mandatum, ut idem homo figmentum quidem sit dei secundum naturam, sed filius dei et deus per spiritum secundum gratiam. Non enim aliter dei filius ac deus secundum gratiae deificationem potuit designari homo factus, nisi antea secundum voluntatem esset spiritu generatus, ob eam quam naturaliter in se habet potestatem liberi arbitrii. Hanc igitur deificam atque divinam et immaterialem generationem cum primus homo deseruisset, quia eis quae intellectus sunt et ab oculorum obtutu remota interim bonis praetulit sensibilem voluptatem et manifestam, corporali, quae non nostri nempe sit arbitrii, ac materiali et fato concedenda generatione damnatur, iusto dei iudicio, qui sponte peiora praetulerit melioribus, id est generationem passioni subiectam et servilem et coactam, in modum bestiarum terrae brutarum et pecudis mente carentis, praetulerit libertati ac generationi a passione liberae et sui arbitrii et sanctae, atque pro honore cum deo et divino et ineffabili mercari voluerit parem cum insensatis bestiis et inhonoratam in materiam relegationem. Qua hominem liberare et ad beatitudinem divinam reducere volens Sermo, naturae humanae artifex, homo ex hominibus vere fit atque generatur corporaliter sine peccato propter hominem, et baptizatur, sponte subiens generationem

κὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἑκουσίως ὑπερχόμενος γέννησιν, ὁ κατ᾽ οὐσίαν θεὸς καὶ θεοῦ κατὰ φύσιν υἱὸς, εἰς ἀθέτησιν τῆς ἐκ σωμάτων γεννήσεως. Ἐπειδὴ τοίνυν δι᾽ ἡμᾶς ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ μόνος τῷ πατρὶ μετὰ τοῦ πνεύματος ὁμόθεος καὶ ὁμόδοξος υἱὸς καὶ λόγος καθ᾽ ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν ἀληθῶς ἄνθρωπος γίνεται, καὶ σωματικῶς γεννᾶται χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ τὴν ἐκ βαπτίσματος εἰς υἱοθεσίαν πνευματικὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπελθεῖν καταδέχεται γέννησιν ὁ φύσει θεὸς, διὰ τοῦτο συνῆψε τῇ σαρκώσει, καθὼς οἶμαι, τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος, ὡς εἰς ἀθέτησιν καὶ λύσιν τῆς ἐκ σωμάτων ἐπινοηθῆναι γεννήσεως. Ὅπερ γὰρ ὁ Ἀδὰμ (λέγω δὲ τὴν εἰς θέωσιν ἐκ πνεύματος γέννησιν) ἑκουσίως παραλιπὼν γεννᾶσθαι σωματικῶς εἰς φθορὰν κατεκρίθη, τοῦτο κατὰ θέλησιν ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος ἐν τῷ ἡμῶν παραπτώματι γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ συγκατακρίνας ἡμῖν ἑαυτὸν ἑκουσίως, ὁ μόνος ἐλεύθερος
Cod. f. 239 a. καὶ ἀναμάρτητος, καὶ τὴν ἐκ σωμάτων γεν | νηθῆναι καταδεξάμενος γέννησιν, ἐν ᾗ τὸ κράτος ὑπῆρχε τῆς ἡμῶν κατακρίσεως, τὴν ἐν πνεύματι μυστικῶς διωρθώσατο γέννησιν, καὶ τῆς σωματικῆς γεννήσεως λύσας ὑπὲρ ἡμῶν ἐν ἑαυτῷ τὰ δεσμὰ δέδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν διὰ τῆς κατὰ πνεῦμα γεννήσεως κατὰ θέλησιν, τέκνα θεοῦ ἀντὶ σαρκὸς καὶ αἵματος γενέσθαι τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Σάρκωσις οὖν καὶ σωματικὴ πρότερον τῆς ἐμῆς ἕνεκα κατακρίσεως ἐπὶ τοῦ κυρίου παρηκολούθησε γέννησις, καὶ οὕτως ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐν πνεύματι παραλειφθεῖσα ἐπηκολούθησε γέννησις, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς κατὰ χάριν σωτηρίας καὶ ἀνακλήσεως, ἢ σαφέστερον εἰπεῖν ἀναπλάσεως· οἷα συνάπτοντος περὶ ἐμὲ τοῦ θεοῦ τόν τε τοῦ εἶναί μου λόγον καὶ τὸν τοῦ εὖ εἶναι, καὶ τὴν γενομένην παρ᾽ ἐμοῦ τούτων ἑνοποιοῦντος τομὴν καὶ διάστασιν, καὶ διὰ τούτων πρὸς τὸν τοῦ ἀεὶ εἶναι λόγον σοφῶς συνελαύνοντος, καθ᾽ ὃν οὐκέτι τὸ φέρειν ἔστι καὶ φέρεσθαι περὶ τὸν ἄνθρωπον, λαβούσης τέλος περὶ τὸ φέρεσθαι τῆς τῶν φαινομένων οἰκονομίας διὰ τῆς μεγάλης καὶ κοινῆς ἀναστάσεως, εἰς ἀθανασίαν γεννώσης τὸν ἄνθρωπον καθ᾽ ὕπαρξιν ἀναλλοίωτον, δι᾽ ὃν τῶν φαινομένων ἡ φύσις τὸ εἶναι κατὰ γένεσιν εἴληφε, καὶ μεθ᾽ οὗ λήψεται χάριτι τὸ κατ᾽ οὐσίαν μὴ φθείρεσθαι. Ἀλλ᾽ εἰ δοκεῖ τῶν εἰρημένων κατ᾽ ἐπιτομὴν ἐπιμνησθέντες τὴν δύναμιν, κεφαλαιώσωμεν. Ἔχομεν τὴν ἐκ σωμάτων γέννησιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κατ᾽ ἐπίνοιαν διαιρεθεῖσαν εἰς τὸν προηγούμενον τῆς φύσεως λόγον καὶ εἰς τὸν νῦν αὖθις ὑπάρχοντα καθ᾽ ἡμᾶς, εἰς ὃν ἐτελεύτησε, καὶ πάλιν εἰς τὸν κατὰ φύσιν τῆς γενέσεως λόγον καὶ εἰς τὸν τῆς γεννήσεως τρόπον, προσέτι γε μὴν καὶ εἰς τοὺς διαφόρους τρόπους τῆς κατ᾽ οὐσίαν γενέσεως τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος,
Cod. f. 239 b. καὶ προσεπιτούτοις | εἰς τὴν ἄνευ σπορᾶς σύλληψιν καὶ τὴν ἄνευ φθορᾶς γέννησιν. Ἐφ᾽ ὑμῖν οὖν ἐστιν ὡς κριταῖς δικαίοις τῶν λελεγμένων ἐπιβολῶν ἐγκρίναι τὴν κρείττονα.

pro nobis in adoptionem spiritualem, essentialiter deus et dei secundum naturam filius, ut infirmaret corporalem generationem. Cum igitur qui nos fecit, quique solus Patri cum Spiritu par est et deitate et gloria Filius et Sermo, propter nos apud nos ex nobis vere homo fit, et corporaliter nascitur sine peccato, et generationem de baptismo in adoptionem spiritualem pro nobis subeundam suscepit naturaliter deus, — idcirco cum incarnatione, ut mihi videtur, magister coniunxit generationem ex baptismo, ut hoc infirmandae expiandaeque corporalis generationis gratia factum esse interpreteris. Nam quod Adam (generationem spiritualem in deificationem inquam) sponte deseruit, ut corporali in interitum generatione damnaretur, hoc sponte sua, ut bonus et hominum amans, in nostro lapsu homo factus, seque ipsum cum nobis pariter condemnans, qui solus liber et sine peccato, et corporalem generationem subeundam suscipiens, in qua condemnationis nostrae adhuc vis inesset, spiritualem mystice generationem reparavit, atque solutis generationis corporalis pro nobis in semetipso vinculis per spiritualem voluntatis generationem nobis, qui credimus in eius nomen, potestatem dedit ut dei filii pro carnis ac sanguinis fieremus. Incarnatio igitur atque corporalis prius propter meam damnationem in domino secuta est generatio, et sic quae reliqua erat per baptismum spiritualis insecuta est generatio, pro salute mea secundum gratiam et revocatione, aut, ut magis perspicue dicam, refictione; qua deus circa me copulat existentiae meae et bonae existentiae rationes, et eam quae a me facta erat harum divisionem atque distantiam contrahit, perque haec ad existentiae aeternae rationem sapienter compellit, secundum quam neque parient amplius homines neque parientur, cum eorum quae videntur ordo pariendi finem attigerit per magnam et communem resurrectionem, quae in immortalitatem generet hominem secundum subsistentiam immutabilem, qua rerum visibilium natura existentiam cepit originalem, et cum qua per gratiam impetrabit illud ut essentialiter non intereat. Sed si placet, eorum quae disputavimus brevi facta commemoratione capita recolamus. Habemus corporalem nostri salvatoris generationem cogitatione divisam in principalem naturae rationem et in eam quae nunc rursus penes nos existit, in quam est mortuus, et rursus divisam in naturalem generationis rationem et in generationis modum, praeterea etiam in diversos modos essentialis originis mentis atque corporis, et in conceptionem denique sine satione et generationem sine interitu. Penes vos est igitur, ut penes aequos iudices, expositarum opinionum quae melior sit vestra censura probare.

Greg. Naz. Or. in Sanct. Baptisma cap. 12. p. 690. tom. I. Opp. edit. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Τί φάρμακα ἐπιζητεῖς, τὰ μηδὲν ὀνήσοντα; τί κριτικὸν ἱδρῶτα, ἴσως παρεστῶτος τοῦ ἐξοδίου.

Τοῦτο, καθὼς ἔφασκεν ὁ μακάριος γέρων, πρὸς τοὺς ὑπερτιθεμένους τὸ βάπτισμα, τὸ ῥητὸν τέθεικεν ὁ διδάσκαλος, ἐλπίδι τοῦ ζήσεσθαι τὸ βάπτισμα φιληδονίας ἕνεκεν ὑπερτιθεμένους, καί φησι, Τί παρ᾽ ἄλλου δέῃ μαθεῖν τὴν ἔξοδον, τοῦ βίου δηλονότι, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ἤδη παρούσης διανοήσῃ; Τί φάρμακα ἐπιζητεῖς, τὰ μηδὲν ὀνήσοντα; τί κριτικὸν ἱδρῶτα, ἴσως παρεστῶτος τοῦ ἐξοδίου; Ἐπειδὴ γὰρ τέσσαρας ἡμέρας κρισίμους εἶναί φασιν ἰατρῶν παῖδες ἐν τοῖς πυρεκτιῶσι, τὴν δ΄, καὶ τὴν ζ΄, καὶ τὴν θ΄, καὶ τὴν ια΄, τυχὸν δὲ καὶ τὴν ιγ΄ (ἐν ταύταις γὰρ ἂν εὕρωσιν ἐν τῷ νοσοῦντι, καθώς φασι, νενοτισμένον ἐξ ἱδρῶτος τὸ σῶμα, τεκμηριοῦσι ζήσειν τὸν κείμενον), ἵνα οὖν μὴ τοῦτον ἐκδεχόμενος ὁ νοσῶν τὸν ἱδρῶτα κακοβούλως ὑπερτίθεται τὸ βάπτισμα, περίοδον οἰόμενος ἔχειν ἐτῶν, συμβουλεύει πάνυ σοφῶς ὁ διδάσκαλος τῷ κάμνοντι, μὴ τούτῳ τῷ ἱδρῶτι θαῤῥεῖν καὶ μάτην ἐρείδεσθαι, δυνατοῦ ὄντος ἀντὶ τούτου τὸν ἐξόδιον ἱδρῶτα συμβῆναι, τὸν βοῶντα τῆς παρούσης ζωῆς τὸ τέλος, ἵνα μὴ, ὡς εἶπον, διὰ τοῦτον ἀπατώμενος ὁ νοσῶν τὸν ἱδρῶτα τῆς μὲν προδήλου καὶ θείας ζωῆς καὶ ἀεὶ διαμενούσης ἀλλοτριούμενος λάθῃ, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην καὶ ἐπίκηρον καὶ πάντως λυθησομένην εὑρεθῇ περιέπων, ἀκράτητον κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν καὶ ἀεὶ διὰ φθορᾶς καὶ ἀλλοιώσεως ῥέουσαν, καὶ θᾶττον τὰς τῶν ἔχειν νομιζόντων χεῖρας | διαφεύγουσαν ἢ ὄναρ ἀνυπόστατον βλέποντα.

Cod. f. 240 a.

Idem ibid. cap. 33., p. 717. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Οὐ γὰρ πολλάκις Χριστὸς φιλεῖ κλεπτόμενος, καὶ εἰ λίαν ἐστὶ φιλάνθρωπος.

Τί δήποτε, φασὶν ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενοί τινες, εἰ λίαν ἐστὶ φιλάνθρωπος ὁ θεὸς, καὶ πηγὴ φιλανθρωπίας ἀνέκλειπτος, ὥστε μηδ᾽ ὁτιοῦν ὑπὸ τῶν ἀρυομένων ἐλαττοῦσθαι, μὴ φιλεῖ κλεπτόμενος; Οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον τὸ φιλάνθρωπον ἐπεδείκνυτο, μὴ ἐλαττούμενον διὰ τοῦ διδόναι χώραν τοῖς ἐθέλουσι κλέπτειν, καὶ μάλιστα κλοπὴν σωτήριον, καὶ ὁσάκις ἂν θέλοιεν. Πρὸς οὓς θεοῦ λόγον χαριζομένου φαμὲν, ὅτι περ αὐτὸ τοῦτο φιλανθρωπίας πλῆρές ἐστι, μᾶλλον δὲ [1] αὐτὸ φιλανθρωπία, καὶ τοὺς [2] περί τι κλέπτειν ἐθέλοντας, ἀγαθῆς προμηθείας ἔνδειξις σαφεστάτη, τὸ μὴ συγχωρεῖν τοῖς ἐθέλουσι πολλάκις αὐτὸν κλέπτειν, ὡς ἂν μὴ προχείρου τυγχάνοντος τοῦ σφετερισμοῦ τῆς σωτηρίας ῥᾴστη γένηται κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ἡ τοῦ δωρηθέντος ἀποβολὴ, ὡς εὐμαρῶς πάλιν ληφθῆναι δυναμένου, καὶ τῆς ἐν τῷ καλῷ

Eiusdem ex eodem sermone, in illud, ‚Quid medicamenta quaeris, nihil profutura? quid criticum sudorem, cum fortasse letalis adsit?‘

Hoc, ut dixit beatus ille senex, adversus eos posuit dictum magister qui baptismum differrent, et spe vitae voluptatis lenociniis se dedentes baptismum differrent, et, ‚Quid opus est,‘ inquit, ‚ut de exitu tuo ab alio certior fias,‘ id est de ‚exitu vitae, ac non ipse potius de eo tanquam iam praesente cogitas? Quid medicamenta quaeris, nihil profutura? Quid criticum sudorem, cum fortasse letalis adsit?‘ Cum enim quattuor dies medicorum filii in febricitantibus criticos esse dicant, quartam et septimam et nonam et undecimam, fortasse decimam tertiam quoque (in his enim si, ut dicunt, corpus sudore madefactum reperiunt, convaliturum esse aegrotum coniectant), ne igitur hunc exspectans sudorem infirmus malo consilio usus baptisma differat, annorum opinatus habere commeatum, sapienter doctor aegrotanti consilium dat, ne huic sudori confidat et frustra innitatur, cum fieri possit, ut mortis sudor eius loco eveniat, praesentis vitae finem praedicaturus; ne, ut dicebam, falsus eo aegrotans sudore a certa et divina et sempiterna vita imprudenter abalienatus humanam ac sorti obnoxiam et prorsus interituram curans inveniatur, impotentem naturaliter ac semper per interitum et immutationem fluentem, et celerius eorum qui eam tenere sibi videntur manus effugientem quam vana somniantem noctis imago.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Non enim saepe Christus sibi aliquid surripi amat, tametsi mire benignus et facilis.‘

Quid tandem, aiunt quidam, cum in hunc orationis locum pervenerunt, si valde benignus est deus, et benignitatis fons perennis, adeo ut nullo modo possit exhauriri, sibi aliquid surripi non amat? Ita enim magis eluceret benignitas, non exhausta inde quod volentibus surripiendi aliquid daret locum, praesertim cum salutare esset furtum, et quotienscunque voluissent. Quibus, deo sermonem gratificante, respondemus, quod hoc ipsum est benignitatis plenum, vel potius ipsa benignitas, et quoad eos qui aliquid surripere volunt salutaris providentiae luculentissimum argumentum, non sinere volentes saepius ut ei aliquid surripiant, ne forte, facili salutis alienatione, facillima fiat consequenter doni abiectio, quod videlicet nullo negotio recuperari queat, neve firmi ac

1. Cod. Gud. *αὐτοφιλανθρωπία*. 2. *περὶ τό τι κλέπτειν* cod. Gud.

ἀμεταθέτου καὶ παγίας ἕξεως ἀμαθεῖς ἀποφανθῶσιν οἱ τυγχάνοντες τῆς δωρεᾶς, εὐέμπτωτον εἰς κακίαν τὴν γνώμην ἔχοντες διὰ τὴν εὐμάρειαν τῆς τοῦ καλοῦ κτήσεως, τῷ εὐώνῳ καταφρονουμένης.

Idem Orat. in Sanct. Pascha cap. 8., p. 850. tom. I. Opp. edit. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὸ Πάσχα λόγου, εἰς τὸ, Γυμνὸν τῇ ἁπλότητι καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος. Τοιοῦτον γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς.

Τί μὲν διὰ τούτων ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος κρυφίως ἀποκαλύπτει, μόνους ἐκείνους εἰδέναι φημὶ τοὺς τὸ ἶσον αὐτῷ τῆς σοφίας εἰληφότας καὶ τῆς γνώσεως χάρισμα, οἱ διὰ τὸ πᾶσαν τὴν ἐκ παθῶν καὶ πάσης ὑλικῆς προςπαθείας λήμην ἀποθέσθαι τῶν νοερῶν ὀμμάτων τὴν ἀκτῖνα τῆς ἐν ὅλοις ἀληθοῦς γνώσεως χωρεῖν ἐδυνήθησαν, καθ' ἣν τῷ ἁπλῷ κατὰ τὸ ἐφικτὸν καὶ ἑνοειδεῖ λόγῳ τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν πολλῶν περι-
Cod. f. 240 a. στείλαντες πᾶσαν τὴν ἐπιστημονικὴν τῶν | ὄντων ἁπλῇ συνέσει περιέλαβον εἴδησιν. Ἡμῖν δὲ οἷς ὁ ζόφος ἔτι τῆς ἀγνοίας ἐπιπροςθεῖ πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν, διὰ τὴν περὶ μόνα τὰ σαλευομένα τοῦ νοῦ συστροφὴν, ὥςπερ τυφλὸς ἄμφω τὼ χεῖρε φορυτὸν ὕλης ἀφάσσων εὑρίσκει πολλάκις τι τῶν τιμίων, οὕτως ἐπιχειροῦμεν καὶ ἡμεῖς μετὰ τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας εἰπεῖν τι περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος. Καὶ δὴ λέγομεν ἄλλο τὸ παράπαν οὐδὲν ἢ ὅπερ ὁ θεὸς ἐν χερσὶν ἡμῶν παραδῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρὸς τὸ θρέψαι κατὰ δύναμιν ἡμῶν τοὺς καλοὺς πατέρας ὑμᾶς, λέγω δὲ τῷ ψηλαφητικῷ λόγῳ τῆς ἐν ἡμῖν νοερᾶς δυνάμεως ἁπλοῦν καὶ ἀπέριττον θεώρημα καὶ ἡμῖν σύμμετρον, καὶ πατρικὴν εὐλογίαν προςκαλούμενον, μήπως ἀφυῶς τὸν ἀγρὸν τῶν αἰσθητῶν αἰσθητῶς κατὰ τὸν Ἡσαῦ περιοδεύοντες στερηθῶμεν διὰ βραδυτῆτα τῆς ἑτοίμης τοῦ τρεφομένου πατρὸς εὐλογίας, ἢ πάλιν δι' ὑψηλοφροσύνην τι μεῖζον τῆς δυνάμεως ἡμῶν ἐπιζητοῦντες ἐκ τῶν οἰκούντων ἔτι τὸ ὄρος ἡμῶν τῆς θεωρίας, τρωθῶμεν κατὰ τὸν Ἰσραὴλ, περὶ ὧν ὁ νόμος φησὶν
Deuter. 1, 43. ὅτι παραβιασάμενοί τινες ἀνέβησαν εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἀμοῤῥαῖος ὁ οἰκῶν ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ καὶ ἐτίτρωσκεν αὐτούς. Ὑπονοῶ τοίνυν ὅτι τὴν διαφορὰν τῆς πρὸ τοῦ παραπτώματος κράσεως τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἐν τῷ προπάτορι Ἀδὰμ πρὸς τὴν νῦν θεωρουμένην ἐν ἡμῖν καὶ κρατοῦσαν ἐνδείξασθαι βουλόμενος ταῦτά φησιν ὁ διδάσκαλος, ὡς τότε δηλαδὴ τοῦ ἀνθρώπου ἐναντίαις καὶ φθαρτικαῖς ἀλλήλων κατὰ τὴν κράσιν τοῦ σώματος μὴ διελκομένου ποιότησιν, ἀλλ' ὡςαύτως ἔχοντος δίχα ῥοῆς καὶ ἀποῤῥοῆς, καὶ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τούτων κατὰ τὴν τῶν ποιοτήτων ἐπικράτειαν συνεχοῦς ἀλλοιώσεως ἐλευθέρου τυγχάνοντος, οἷα δὴ τῆς κατὰ χάριν

stabilis in pulchro status ignari efficiantur qui donum acceperint, dum facile in nequitiam labantur eorum animi propter facilitatem possessionis pulchri, de vilitate contemptae.

Eiusdem ex sermone in Pascha, in illud, ‚Nudum per simplicitatem et vitam artificio carentem, atque omnis integumenti et munimenti expertem. Talem enim esse conveniebat eum qui primum esset creatus.‘

Quid magnus iste doctor his verbis occulte revelet, solos illos nosse aio qui pari cum eo gratia et sapientiae et cognitionis sint impertiti, qui, postquam intellectuales oculos de omni passionum et materialis affectus sorde purgaverunt, cognitionis in universis verae radium percipere potuerint, per quam simplice, quoad eius fieri possit, et uniformi ratione mentem a multitudine retrahentes universam rerum quae extant scientiam simplice intellegentia complecterentur. Nos vero, quos ignorantiae adhuc tenebrae veritatis perceptione prohibet, propter mentis circa sola fluctuantia agitationem, quemadmodum caecus ambabus manibus quisquilias pertemptans haud raro aliquid pretiosi invenire solet, sic nos quoque cum nostra infirmitate de praesenti quaestione aliquid dicere aggredimur. Atque nihil aliud omnino dicimus quam quod deus nobis in manus dederit, secundum quod scriptum est, ad alendos pro virili parte ac facultate vos, patres bonos nostros, id est simplicem et modicam nobisque convenientem contemplationem, intellegentiae nostrae contrectabili magis quam firmo certoque pede progrediente oratione institutam, quaeque paternam invitet benedictionem, ne qua naturae minime convenienter sensibilium agrum sensibiliter in modum Esau perlustrantes ob tarditatem parata privemur patris satiati benedictione, aut rursus animo superbia elato maiorem potestatem quaerentes ab eis damnum accipiamus qui nostrum adhuc contemplationis montem colunt, in modum Israël, de quibus lex narrat, quod irruperunt quidam et in montem ascenderunt, et exivit Amorrhoeus illius montis incola atque vulneravit eos. Suspicor igitur quod temperamenti corporis humani Adae propatoris quale fuerit ante transgressionem differentiam ab eo quod in nobis hodie spectatur et obtinet significare volens magister haec dicit, cum illo videlicet tempore homo qualitatibus contrariis et sibi invicem exitialibus secundum temperamentum corporis non distraheretur, sed quietus maneret, ab omni fluxu et defluxu intactus, et ab perpetua in hunc illumve pro principatu qualitatum immutatione liber, utpote qui secundum gratiam

Cod. f. 241 a. ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦντος, καὶ τὴν νῦν μαστιγοῦσαν αὐτὸν τοῖς ἑαυτῆς κέντροις φθορὰν οὐκ ἔχοντος, ἀλλ' ἑτέραν δηλονότι πρέπουσαν αὐτῷ κράσιν τοῦ σώματος, ἀμάχοις καὶ ἁπλαῖς ποιότησι συνεχομένην. Καθ' ἣν γυμνὸς ἦν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, οὐχ ὡς ἄσαρκος καὶ ἀσώματος, ἀλλ' ὡς τὴν παχυτέραν τὴν σάρκα ποιοῦσαν καὶ θνητὴν καὶ ἀντίτυπον κράσιν οὐκ ἔχων. Κατὰ τοῦτον τὸν μέγαν διδάσκαλον ἀτέχνως τε ἔζη μὴ διαπνεόμενος τὴν ἅπαξ οὐσιωδῶς δοθεῖσαν αὐτῷ φυσικὴν εὐεξίαν, καὶ περιβολῆς ὑπῆρχεν ἀπροσδεής, διά τε τὴν ἐνοῦσαν ἀπάθειαν αἰσχύνην μὴ ὑφορώμενος καὶ τὸ μὴ κρυμοῖς καὶ θάλπεσιν αὐτὸν ὑποκεῖσθαι, δι' ἃ μάλιστα τῆς τε τῶν οἴκων καὶ τῶν ἐσθημάτων περιβολῆς ὁ τρόπος τοῖς ἀνθρώποις ἐπινενόηται.

Ἄλλη περὶ αὐτοῦ θεωρία.

Ἢ μήποτε καὶ ἐκ τῶν νῦν περὶ τὸν ἄνθρωπον θεωρουμένων τὰ τότε περὶ αὐτὸν ὄντα τῇ περιαιρέσει τῶν νῦν περὶ αὐτὸν ὄντων παραδείκνυσιν ὁ διδάσκαλος. Κινεῖται γὰρ νῦν ὁ ἄνθρωπος, ἢ περὶ φαντασίας ἀλόγους παθῶν ἐξ ἀπάτης διὰ φιληδονίαν, ἢ περὶ λόγους τεχνῶν ἐκ περιστάσεως διὰ τὴν χρείαν, ἢ περὶ φυσικοὺς λόγους ἐκ τοῦ νόμου τῆς φύσεως διὰ μάθησιν, ὧν οὐδὲν κατ' ἀρχὴν εἰκότως ἐξ ἀνάγκης εἷλκε τὸν ἄνθρωπον, ὑπεράνω πάντων γενόμενον. Οὕτω γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς, μηδενὶ τὸ σύνολον περισπώμενον τῶν ὑπ' αὐτόν, ἢ περὶ αὐτόν, ἢ κατ' αὐτόν, καὶ πρὸς τελείωσιν ἑνὸς μόνου προσδεόμενον, τῆς πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτόν, φημὶ δὲ τὸν θεόν, καθ' ὅλην τὴν ἀγαπητικὴν δύναμιν ἀσχέτου κινήσεως. Ἀπαθὴς γὰρ χάριτι ὢν ἀπάτην παθῶν φαντασίας δι' ἡδονῆς οὐ προσίετο· καὶ ἀπροσδεὴς ὑπάρχων τῆς περὶ τέχνας περιστατικῆς ἀνάγκης διὰ τὴν χρείαν ἐλεύθερος ἦν· καὶ σοφὸς ὢν τῆς περὶ τὴν φύσιν θεωρίας ὑπεράνω καθειστήκει διὰ τὴν γνῶσιν. Οὐδὲν οὖν εἶχεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος μεταξὺ θεοῦ καὶ αὐτοῦ προβεβλημένον πρὸς
Cod. f. 241 b. εἴδησιν, | καὶ κωλύον αὐτοῦ τὴν δι' ἀγάπης αὐθαίρετον κατὰ τὴν πρὸς θεὸν κίνησιν γενησομένην συγγένειαν, καὶ διὰ τοῦτο γυμνὸς τῇ ἁπλότητι προσηγορεύθη τῷ διδασκάλῳ, ὡς ὑπεράνω πάσης τῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ζητήσεως· καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, ὡς πάσης τεχνῶν ἐνδεοῦς καθαρεύων ζωῆς, καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος, οἷα τῆς πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων ἐμπαθοῦς συμπλοκῆς τυγχάνων ἐλεύθερος, οἷς ὑπήχθη δικαίως ὕστερον, ἐλλείψας τὴν ἔλλειψιν, καὶ τοῦ πλήρης εἶναι τὸ κενὸς πάντων γενέσθαι αὐθαιρέτως ἑλόμενος, κάτω γενόμενος ὧν ὑπεράνω φυσικῶς ὑπῆρχε γεγενημένος.

nec immortalitatis esset expers, nec haberet interitum qui nunc eum stimulis exagitat, verum aliud nimirum idoneum ipsi corporis temperamentum, concordibus simplicibusque qualitatibus constrictum. Secundum quod nudus erat primus homo, non quasi sine carne ac corpore, sed ut crassius quod carnem efficit, mortalem et duram, temperamentum non habens. Secundum magnum hunc doctorem certe vivebat ita ut bona corporis eius habitudo naturalis, qua semel essentialiter esset impertitus, non evanesceret, usque ipse integumento non egeret, cum nullis passionibus obnoxius pudorem haud metueret, neque frigoribus et aestubus subiectus esset, quorum inprimis causa domuum et vestimentorum integumenti consuetudo ab hominibus excogitata est.

Altera de eodem loco contemplatio.

Vel fortasse etiam ex eis quae hodie in homine spectantur comprehensione eorum quae nunc in eo sunt instituta, magister significat ea quae tum in eo fuerint. Movetur enim nunc homo, vel circa figmenta irrationalia passionum per fraudem voluptatis cupidine inductus, vel circa rationes artium ex circumstantia utilitate invitatus, vel circa naturales rationes ex lege naturae cognitionis gratia, quorum nihil videlicet in principio hominem, rebus omnibus superiorem factum, necessitatis vinculo trahebat. Eiusmodi etenim conveniebat esse principem hominem, ut prorsus ab nullo eorum quae aut subiecta sibi aut circum sese iuxtave haberet distraheretur, et ad perfectionem uno solum indigeret, id est motione ad eum qui hominem superat, deum inquam, secundum omnem caritatis vim irrevocata atque victrice. Cum enim per gratiam passionibus obnoxius nullis esset, fraudem passionum rerum inanium studio non admisit; et cum nihilo indigeret, artium quoque ab infesta propter indigentiam necessitate liber fuit; et cum sapiens esset, naturae contemplatione erat superior factus per cognitionem. Nihil ergo primus homo inter deum et semetipsum habebat ad scientiam obiectum, quodque suam per caritatem voluntariam secundum motionem ad deum futuram impediret cognationem, et idcirco ‚nudus simplicitate' a magistro est appellatus, utpote superior naturali desiderio factus omni, et ‚vita artificio carente', utpote omni vita artibus indigente purus, et ‚omnis integumenti et munimenti expers,' quippe qui liber erat a connexione affectibus plena sensuum cum sensibilibus, quibus postea est iure subactus, cum defectum passus esset, ac loco plenitudinis omnium vacuitatem sponte maluisset, inferior redditus quibus naturaliter ante superior erat.

Ἄλλη περὶ αὐτοῦ θεωρία.

Ἢ μήποτε γυμνὸς, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος, τῆς περὶ φύσιν ποικίλης θεωρίας καὶ γνώσεως, καὶ ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, τῆς περὶ πρᾶξιν καὶ ἀρετὴν πολυτρόπου μεθοδείας ὑπάρχων ἐκτὸς, κατὰ τὴν ἕξιν ἔχων τοὺς τῶν ἀρετῶν ἀμολύντους λόγους, καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος, τῆς ἐπ᾿ αἰσθήσεσι τῶν φαινομένων διανοίας πρὸς κατανόησιν τῶν θείων, προηγουμένως οὐ χρήζων, μόνην τὴν ἁπλῆν τῆς ἑνοειδοῦς καὶ ἁπλῆς καὶ συνεκτικῆς τῶν μετὰ θεὸν ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως ἔχων προβολὴν, τῆς ἐπ᾿ ἐνεργείᾳ μόνης κινήσεως πρὸς ἔκφανσιν αὐθαίρετον χρήζουσαν. Ἀμέλει γοῦν ὅσοι φιλοσόφῳ λόγῳ τῆς τοῦ προπάτορος ἐγείρειν ἑαυτοὺς βούλονται παραπτώσεως, πρῶτον ἀπάρχονται τῆς τῶν παθῶν παντελοῦς ἀφαιρέσεως, εἶθ᾿ οὕτως τῆς περὶ τοὺς λόγους τῶν τεχνῶν ἀσχολίας, καὶ τέλος τὴν φυσικὴν ὑπερκύψαντες θεωρίαν εἰς τὴν ἄϋλον παρακύπτουσι γνῶσιν, τὴν μὴ ἔχουσαν παντελῶς αἰσθήσει τυπουμένην μορφὴν, ἢ νόημα προφορᾷ λόγου χωρούμενον, καθὼς ἐξ ἀρχῆς τὸν πρῶτον ἄνθρωπον
Cod. f. 242 a. ἐποίησεν | ὁ θεὸς, γυμνοὶ τῇ ἁπλότητι τῆς γνώσεως καὶ τῇ ἀπερισπάστῳ ζωῇ, καὶ τῇ νεκρώσει τοῦ νόμου τῆς σαρκὸς γενόμενοι. Ἦν μέντοι καὶ κατ᾿ ἄλλον τρόπον ὑψηλοτέρως θεωρῆσαι τὸ προκείμενον ἄπορον, ἀλλὰ παρείσθω [1] τὰ νῦν δι᾿ ἣν ἀρχόμενος τοῦ λόγου προεῖπον αἰτίαν.

Idem ibid. cap. 13., p. 855. tom. I. Opp. ed. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τὸ, Ἐνιαύσιον δὲ, ὡς ἥλιον δικαιοσύνης, ἢ ἐκεῖθεν ὁρμώμενον, ἢ τῷ ὁρωμένῳ περιγραπτόν.

Πολλαὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰσὶν αἱ προσηγορίαι, καὶ πολύτροπος ὁ ἐφ᾿ ἑκάστῃ κατὰ τὴν αὐτῆς ἐπίνοιαν τῆς κατὰ θεωρίαν ἀναγωγῆς καθέστηκε τρόπος, διὰ τὸ πολλὰς κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν τοῦ παραδειγματικῶς εἰς προσηγορίαν τοῦ κυρίου λαμβανομένου πράγματος ἐπιδέχεσθαι δύνασθαι θεωρημάτων ἐπιβολάς. Ὥςπερ ἀμέλει καὶ τὸ νῦν προκείμενον ἡμῖν ἄπορον ἔχει. Πολλοὺς γὰρ ὅσους οὐδέπω δυνατοῦ τυγχάνοντος τοῦ λόγου θεωρημάτων περὶ τοῦ ἡλίου τρόπους ἐκθέσθαι διὰ τὸ σύντομον, καθ᾿ ἣν ὁ διδάσκαλος αὐτὸ ἐπίνοιαν ἐθεώρησε, καὶ ἡμεῖς θεωρήσωμεν, τὰ συνεπτυγμένως αὐτῷ δηλονότι ῥηθέντα κατὰ δύναμιν ἐξαπλοῦντες. Ἐνιαυτὸς τοίνυν ἐστὶ κατὰ τοὺς ἁγίους καὶ σοφοὺς ἡμῶν διδασκάλους ἡ τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου εἰς τὸ αὐτὸ σημεῖον ἀποκατάστασις, τῆς κατὰ χρόνον πενταπλῆς ἰδιότητος περιεκτική. Ὁ γὰρ χρόνος εἰς ἡμέραν καὶ ἑβδομάδα καὶ μῆνα καὶ καιρὸν καὶ ἐνιαυτὸν μερίζεταί τε καὶ συνάγεται· καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ὡσαύτως, εἰς ὥραν καὶ ἡμέραν καὶ ἑβδομάδα καὶ

1. Cod. Gud. τανῦν.

Alia de eodem loco contemplatio.

Vel fortasse ‚nudus', ut ait magister, varia circa naturam contemplatione et cognitione, et ‚vita artificio carente', extra multiplicem circa actionem et virtutem collocatus fraudem, secundum habitum possidens virtutum rationes impollutas, ‚omnisque integumenti et munimenti expers', intellegentia eorum quae videntur sensuali ad cognoscenda divina principaliter non egens, solo simplice uniformis et simplicis, quaeque secundum deum sunt conservatricis, virtutis atque cognitionis munimento ornatus, quod activam et strenuam duntaxat motionem ad patefactionem voluntariam desiderat: Certe quicunque a generis nostri autoris lapsu philosopha ratione resurgere cupiunt, primum passionibus prorsus, deinde occupatione circa artium rationes exui incipiunt, ac denique, postquam naturalem supra contemplationem se sustulerint, in immaterialem cognitionem introspiciunt, formae sensu expressae, vel cogitati prolatione sermonis comprehensi plane expertem, quemadmodum deus principio primum effecerat hominem, cognitionis simplicitate vitaque indistracta, et lege carnis mortificata nudi facti. Haberem utique alio quoque modo, et sublimiore, de praesenti quaestione contemplandum, sed nunc quidem omittam ea de causa quam initio huius sermonis sum praefatus.

Eiusdem sermonis in illud, ‚Anniculus porro, ut sol iustitiae, vel e caelo progrediens, vel quantum ad partem eam quae oculis cernitur, circumscriptus ac definitus.'

Multa salvatoris nostri sunt nomina, ac multiplex secundum suam cuiusque interpretationem mysticae contemplationis stat modus, quia multas secundum naturalem contemplationem rei per exemplum in nomen domini sumptae contemplamentorum licet admittere vias et interpretationes. Quemadmodum profecto in praesenti nostra quaestione se res habet. Cum enim propter brevitatem nondum possit sermo enarrare innumerabiles centemplamentorum circa solem modos, quo id magister sensu contemplatus sit nos quoque contemplemur, ea nimirum quae complicate sunt dicta ab eo pro virili parte explicantes. Annus igitur secundum sanctos et sapientes nostros doctores solis est ab signo ipsius in signum circuitus, quintuplam secundum tempus proprietatem comprehendens. Tempus enim in diem et hebdomadam et mensem et veris, aestatis, autumni, hiemis vicissitudinem et annum dividitur atque consociatur; itemque annus in horam et diem et hebdomadam et mensem et vicissitudinem,

μῆνα καὶ καιρὸν, συνεχοῦς καὶ ἀδιαστάτου τῆς κατ' αὐτὸν μενούσης κινήσεως, περὶ ἣν αἱ κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν διαιρέσεις θεωρούμεναι τὴν συνεχῆ καὶ ἀδιάστατον ἠρίθμησαν τοῦ χρόνου κίνησιν. Εἰ δὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ παρ' ἡμῖν κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου φορὰν ἐνιαυτὸς γίνεται, ἐνιαυτὸς δηλαδὴ κυρίου δεκτός ἐστι πάντως, ὡς γέγραπται, κατὰ τὸν τῆς ἀλληγορίας τρόπον,
Cod. f. 242 b. ἡ πᾶσα | τῶν αἰώνων παράτασις, ἀπ' ἀρχῆς ἧς εὐδόκησεν ὁ
Luc. 4, 19. θεὸς οὐσιῶσαι τὰ ὄντα, καὶ τοῖς μὴ οὖσιν ὕπαρξιν δοῦναι, καὶ διὰ τῆς προνοίας, ὥςπερ τις νοητὸς ἥλιος τῆς πρὸς διαμονὴν συνεχούσης τὸ πᾶν δυνάμεως, συγκαταβατικῶς ἐφεῖναι τὴν ἀκτῖνα ἀνεχόμενος, ποικίλαι τοὺς τρόπους ἀξιώσας πρὸς τελεσφόρησιν ὧν τοῖς οὖσιν οἰκείων κατέσπειρεν ἀγαθῶν μέχρι τῆς πάντων ἀποπερατώσεως τῶν αἰώνων, καθ' ἣν συλλέξει τῆς οἰκείας σπορᾶς τοὺς καρποὺς ζιζανίων ἀμιγεῖς καὶ πάσης ἀχυρώδους ἄχνης καὶ συμφορήσεως καθαροὺς, καὶ ὁ σύμπας τῆς τῶν κινουμένων κινήσεως περαιωθήσεται λόγος, λαβόντων τῶν ἀξίων τὴν ἐπηγγελμένην τῆς θεώσεως ἐσχάτην μακαριότητα. Ἥλιος οὖν δικαιοσύνης ὁ κύριος προσηγόρευται, ὡς ποιητὴς καὶ συντελεστὴς τῶν αἰώνων, καὶ ὡς ἀρχὴ πάντων καὶ τέλος, καὶ τῆς πενταπλῆς κατὰ τὴν πρόνοιαν τῶν προνοουμένων σοφῆς εὐταξίας δημιουργὸς, καὶ ὡς πληρῶν τὰ πάντα φωτὸς ἀϊδίου ταῖς ἀνεκλείπτοις ἐπιβολαῖς τῆς ἀγαθότητος, καὶ τοὺς εὐρύνοντας πρὸς ὑποδοχὴν τῆς αὐτοῦ μακαρίας ἀκτῖνος τοὺς ἑαυτῶν νοητοὺς πόρους πεπείρους καὶ ἐδωδίμους τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ποιούμενος. Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἐνιαυτός ἐστι κυρίου δεκτὸς, ὡς διὰ πάντων τῶν σωζομένων πληρούμενος κατὰ τὴν ὑπ' αὐτοῦ νοητῶς γινομένην πεντάτροπον κίνησιν, ὡς ἡλίου δικαιοσύνης, ἥντινα νοήσει πάντως ὁ διὰ τῆς τῶν φαινομένων ἀκριβοῦς κατὰ λόγον φυσικῆς θεωρίας τὴν τῶν νοουμένων πνευματικὴν ἐπιστήμην συλλεγό-
Cod. f. 243 a. μενος. Ἐκεῖθεν δὲ [1] ὁρμώμενος εἴρηται τῷ διδασκάλῳ | ἢ τῷ ὁρωμένῳ περιγραπτὸς, ἢ ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ θεὸς ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ κατ' οὐσίαν ἀληθινοῦ τοῦ πατρὸς γεννητῶς ὁρμώμενος, ἢ ὡς ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς τῷ καθ' ἡμᾶς ὁρωμένῳ τῆς φύσεως εἴδει περιγραπτὸς, καθάπερ ἥλιος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁρμώμενος τῷ φαινομένῳ δισκοειδεῖ σώματι περιγέγραπται.

Idem ibid. cap. 14., p. 856. tom. I. Opp. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τὸ, Θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ μάλιστα κατ' οἶκον ἕκαστον ἐπιζητεῖται τὸ πρόβατον.

Εἴποι δ' ἄν τις, καὶ εὐλόγως, ὡς οἶμαι, τυχὸν, Εἴπερ εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ διὰ νόμου καὶ προφητῶν καὶ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν μεγαλειότητος μυστικῶς τοῖς ἀκούειν πνευματικῶς καὶ ὁρᾶν δυναμένοις κηρυττόμενος, πῶς τὸν τύπον ὁ νόμος

1. Apographum praebet h. l. ὁράμενος.

dum continua et nullis discreta intervallis per eum manet motio, circa quam quae per immutationem spectantur discrimina, continuam nullisque intervallis disiunctam temporis motionem numeris distinguunt. Quodsi in hunc modum apud nos secundum solis cursum fit annus, annus nempe domini acceptabilis omnino est, ut scriptum legitur, secundum allegoriae modum universa saeculorum extensio ac series, a cuius principio deo placuit essentiâ ornare ea quae erant, et extantiam dare eis quae non erant, et per providentiam, tanquam intellectualis aliqui sol virtutis ad perservandum universitatem continentis, cum condescensione radium immittere sustinens, quo variaret modos ad maturanda ea bona quae rebus existentibus propria insevit usque dum omnia saecula consummata fuerint, quo tempore proprii seminis fructus colliget a loliis discretos, omnique paleari gluma atque congerie puros, dumque universa eorum quae moventur motionis ratio fuerit terminata, et ii qui meruerunt deificationis summam quae praedicata erat beatitudinem percipiunt. ‚Sol' igitur ‚iustitiae' dominus appellatur, ut factor et consummator saeculorum, et ut principium rerum universarum ac finis, quintuplique secundum providentiam boni ac sapientis in rebus quibus provisum est ordinis constitutor et artifex, et ut aeterna luce universa replens plenis bonitatis missilibus, et eos qui beati eius radii recipiendi gratia intellectuales canales suos amplient maturos et esculentos deo et patri reddens. Idem vero et annus domini acceptabilis est, ut per omnes qui servantur consummatus secundum quintuplam quae intellectualiter fit ab eo, tanquam iustitiae sole, motionem, quam noverit plane quicunque per diligentem ratione rerum quae visui nostro obiectae sunt naturalem contemplationem collegerit spiritualem eorum quae noscuntur scientiam. Illinc vero ‚progrediens, vel ad partem eam quae oculis cernitur circumscriptus et definitus' a magistro appellatus est, vel ut lux de luce, et deus verus de deo essentialiter vero patre generationis via progrediens, vel ut homo idem qui in nobis videtur naturae specie circumscriptus, quemadmodum sol, qui de caelo progrediens corpore disco simili apparente circumscribitur.

Ex eodem sermone in illud, ‚Illud minime mirandum, quod maxime per singulas domos ovis requiritur.'

Dicat vero aliquis fortasse, nec sine ratione, ut mihi videtur, Si quidem unus est Christus, per legem et prophetas perque conditionis magnificentiam eis qui spiritualiter audire atque videre cupiunt mystice praedicatus, quomodo typum

ἐπιτελῶν τοῦ Χριστοῦ πολλὰ πρόβατα κελεύει θύεσθαι κατ' οἴκους πατριῶν; Πρὸς ὅν φαμεν, ὡς εἴπερ αὐτὸν δεξοίμεθα τὸν λόγον, νοητῶς τῶν ὤτων τῆς ψυχῆς καὶ τῶν ὀμμάτων ἁπτόμενον, καὶ διανοίγοντα ταῦτα πρὸς ὑποδοχὴν μὲν καὶ θεωρίαν τῶν αὐτοῦ μυστηρίων, ἐκδίκησιν δὲ πάσης παρακοῆς καὶ ἀποστροφὴν πάσης ματαιότητος, γνοίημεν πάντως τὸ μυστικὸν βούλημα τῆς ἁγίας γραφῆς, τῷ προκειμένῳ συνάψαν-
1 Corinth. 2, 2. τες ὅμοιον ἐκ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου φάσκοντος, τὸ, Οὐδὲν ἔκρινα εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. Ὥςπερ οὖν ἕκαστος τῶν πεπιστευκότων τῷ Χριστῷ κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν καὶ τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ τῆς ἀρετῆς ἕξιν τε καὶ ποιότητα σταυροῦταί τε καὶ συσταυροῖ ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, Χριστῷ δηλονότι πνευματικῶς συσταυρούμενος. Ἄλλος γὰρ κατ' ἄλλον ἀρετῆς τρόπον ἑαυτῷ κατάλληλον ποιεῖται τὴν σταύρωσιν· ὁ μὲν μόνῃ σταυρούμενος τῇ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίᾳ, καὶ ταύτην νεκρῶν τῷ φόβῳ τοῦ
Cod. f. 243 b. θεοῦ προσηλωμένην· | ὁ δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς πάθεσι σταυρούμενος καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἐξιώμενος· ὁ δὲ καὶ αὐταῖς τῶν παθῶν ταῖς φαντασίαις, οὐκ ἐῶν τὰς αἰσθήσεις ἀφέτους, πρὸς ὑποδοχήν τινος τῶν κατὰ ταῦτα μετεωρισμῶν· ὁ δὲ καὶ τοῖς περὶ τὰ πάθη λογισμοῖς καὶ ἐνθυμήμασιν· ὁ δὲ καὶ τῇ κατ' αἴσθησιν ἀπάτῃ· ἄλλος δὲ καὶ τὴν πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων διὰ τῆς φυσικῆς οἰκειότητος σταυρούμενος ἀποτίθεται σχέσιν· ἄλλος δὲ καὶ πᾶσαν καθολικῶς αἰσθητικὴν τῷ σταυρῷ κατασβέννυσι κίνησιν, πρὸς τὸ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸ παράπαν φυσικῶς ἐνεργούμενον· ἄλλος δὲ καὶ αὐτῆς τῆς κατὰ νοῦν ἀποπαύεται παντελῶς ἐνεργείας, καὶ ἵνα τὸ μεῖζον εἴπω, ὁ μὲν τῇ πρακτικῇ σταυρούμενος φιλοσοφίᾳ δι' ἀπαθείας, καὶ πρὸς τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν θεωρίαν ὥςπερ ἀπό τινος σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μεταβαίνων, ὁ δὲ καὶ τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ νεκρούμενος, διὰ τῆς ἀποβολῆς τῆς κατὰ νοῦν περὶ τὰ ὄντα συμβολικῆς θεωρίας, καὶ πρὸς τὴν ἑνοειδῆ καὶ ἁπλῆν τῆς θεολογικῆς ἐπιστήμης μυσταγωγίαν ὥςπερ ἀπό τινος ψυχῆς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν νοῦν αὐτοῦ μετατιθέμενος, ὁ δὲ καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς τὴν δι' ἀποφάσεως παντελοῦς ἄῤῥητον ἀφαιρετικὴν ἀοριστίαν ὥςπερ ἀπό τινος τοῦ Χριστοῦ νοὸς πρὸς τὴν αὐτοῦ θεότητα μυστικῶς ἀναγόμενος· ἕκαστος, ὡς ἔφην, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, καὶ τὴν κατ' ἀξίαν χορηγουμένην αὐτῷ τοῦ πνεύματος χάριν τὸν Χριστὸν ἔχων ἀναλόγως ἑαυτῷ τὰς ὑψηλὰς διὰ τῆς πρὸς πάντα νεκρώσεως ἀναβάσεις ποιούμενον, οὕτως καὶ τὸν θεῖον ἀμνὸν ἕκαστος ἡμῶν ὡς ἐν οἰκίᾳ τινὶ
Cod. f. 244 a. τῷ ἰδίῳ τάγματι τῆς κατ' ἀρετὴν ἁρμοζούσης | αὐτῷ καταστάσεως θύει τε τὸν ἀμνὸν καὶ μεταλαμβάνει τῶν αὐτοῦ σαρκῶν, καὶ ἐμφορεῖται τοῦ Ἰησοῦ. Ἑκάστου γὰρ ἴδιος γίνεται ἀμνὸς Χριστὸς Ἰησοῦς, ὡς ἕκαστος χωρεῖν τε καὶ ἐσθίειν αὐτὸν δύναται, ἴδιος, Παύλου τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος,

Christi absolvit lex et multas per domos familiarum sacrificari iubet? Cui respondemus quod, si modo ipsum nos caperemus sermonem, intellectualiter in auribus atque oculis animae inhaerentem et exaperientem haec ad receptionem atque contemplationem mysteriorum suorum, simul ad ultionem omnis inoboedientiae et aversionem omnis vanitatis, agnosceremus omnino mysticam sacrae scripturae voluntatem, cum hoc praesenti loco iungentes simile quoddam de sancti apostoli ore, illud, ‚Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum.‘ Quemadmodum revera unusquisque eorum qui Christo crediderunt pro facultate sua et virtutis qua innititur habitu atque qualitate crucifigitur et crucifigit secum Christum, si cum Christo spiritualiter quidem crucifigitur. Alius enim alio virtutis modo crucifixionem adaptat sibi atque conciliat: hic quidem solo activo peccato crucifixus, atque mortificans id dei timori adfixum: ille ipsis etiam passionibus crucifixus, facultatesque animae persanans: tertius etiam ipsis passionum vanitatibus crucifixus, non valere iubens sensus, ad recipiendam inde aliquam animi in sublime elevationem: ille suis circa passiones cogitationibus atque considerationibus: alius etiam sensuali fraude: alius vero etiam naturali proprietate crucifixus sensuum ad sensibilia relationem exuit: alius omnem quoque generatim sensualem cruce motionem sedat, ut nihil in se prorsus habeat quod naturaliter agatur: alius denique de ipsa intellectuali omnino desistit actione, atque ut maius eloquar, hic quidem practica quae dicitur philosophia per impassibilitatem crucifixus, et ad naturalem in spiritu contemplationem, quasi a carne quadam Christi ad animam eius transgrediens, alter naturali quoque mortificatus contemplatione, abiecta intellectuali rerum contemplatione symbolica, et ad uniformem et simplicem theologicae artis initiationem quasi ab anima quadam Christi ad intellectum eius translatus, tertius etiam ab hac in ineffabilem per plenam negationem infinitatem ablativam tanquam ab intellectu quodam Christi ad divinitatem eius mystice evectus: secundum suam, ut dixi, unusquisque facultatem, et secundum spiritus gratiam pro merito ac dignitate sibi largitam, Christum habens sibi convenienter facientem sublimes suas per mortificationem erga omnes res ascensiones, ita divinum quoque nostrum quisque agnum velut in aliqua domo proprio ordine institutionis pro virtute ei convenientis sacrificat agnum et carnes eius participat, et saturatur Christo. Cuiusque enim proprius agnus fit Christus Iesus, ut quisque capere eum possit et edere, proprius, Paulo magno veritatis praecone, et peculiari quodam modo

καὶ ἰδιοτρόπως ἴδιος ἑκάστου τῶν ἁγίων κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως, καὶ τὴν ἐπιχορηγουμένην χάριν τοῦ πνεύματος, ᾧ μὲν οὕτως, ᾧ δὲ οὕτως, εὑρισκόμενος ὅλος καὶ ὅλῳ, πᾶσι δὲ πάντα γινόμενος.

Idem ibid. cap. 16., p. 857 sq. tom. I. Opp. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τὸ, Ὅσον μὲν σαρκῶδες τοῦ λόγου καὶ τρόφιμον, μετὰ τῶν ἐνδοσθίων καὶ τῶν κρυφίων τοῦ νοῦ βρωθήσεται, καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδοθήσεται.

Ὁ πᾶσαν μετὰ σοφίας φύσιν ὑποστήσας θεὸς, καὶ πρώτην ἑκάστῃ τῶν λογικῶν οὐσιῶν δύναμιν τὴν αὐτοῦ γνῶσιν κρυφίως ἐνθέμενος, δέδωκε καὶ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς ἀνθρώποις, ὡς μεγαλόδωρος δεσπότης, κατὰ φύσιν τὸν εἰς αὐτὸν πόθον καὶ ἔρωτα, συνεπιπλέξας αὐτῷ φυσικῶς τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, ἐφ᾽ ᾧ δυνηθῆναι μετὰ ῥαστώνης γνῶναι τοὺς τρόπους τῆς τοῦ πόθου πληρώσεως, καὶ μὴ παρασφαλέντας διαμαρτεῖν οὗ τυχεῖν ἀγωνιζόμεθα. Κατὰ τοῦτον οὖν κινούμενοι τὸν πόθον περί τε τῆς ἀληθείας αὐτῆς καὶ τῆς εὐτάκτως τοῖς ὅλοις ἐμφαινομένης σοφίας τε καὶ διοικήσεως ζητεῖν ἐναγόμεθα ἐκείνου τυχεῖν, διὰ τούτων γλιχόμενοι, οὗ χάριν τὸν πόθον ἐλάβομεν. Καὶ τοῦτο μυστικῶς ἐγνωκότες οἱ φιλομαθεῖς καὶ φιλότιμοι τῆς ἀληθείας ἐρασταὶ μίαν ἐστήσαντο σχολὴν καὶ προσεδρείαν ἑαυτοῖς τὴν περὶ τούτου φιλόπονον ἄσκησιν, ἀκριβῶς ὑπ᾽ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς ἀληθοῦς
Cod. f. 244 b. κατανοήσεώς τε καὶ ἀκολουθίας μαθόντες ὡς, | εἴπερ κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ποσῶς δι᾽ εὐσεβῶν θεωρημάτων τὴν μέλλουσαν ἀλήθειαν εἰκονίσαιντο, καὶ τὸν πόθον πληροφορήσουσιν, ἑτοιμοτέραν ὡς τοῖς ἐνταῦθα καλῶς γυμνασθεῖσαν τὴν ψυχὴν ἐσχηκότες, ἀκμητὶ μετὰ τὸν βίον τοῦτον ἐπὶ τὴν μέλλουσαν ἀλήθειαν μεταβήσονται, σκιαγραφηθεῖσαν αὐτοῖς ἤδη καλῶς διὰ τῶν θειοτέρων νοημάτων, ἄγοντος αὐτοὺς ἐπ᾽ αὐτὴν δηλαδὴ τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁπλῆν καὶ ἀρίδηλον καὶ δίχα πάσης ἀπορίας, συμβολικῆς τε ποικιλίας καὶ πάσης αἰνιγματώδους ἀσαφείας, αὐτοῖς παραδεικνύντος, ἀποδρασάσης αὐτοῖς ὥσπερ ἐπὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ὀδύνης καὶ λύπης καὶ στεναγμοῦ διὰ τὴν τελείαν ἀπάθειαν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς θεωρητικῆς γνώσεως, ἀσαφείας πάσης καὶ ἀπορίας, διὰ τὴν σοφίαν, προστεθείσης αὐτοῖς, ἐντεῦθεν λαβοῦσι τὰς ὑποτυπώσεις αὐτῆς, τηνικαῦτα γυμνῆς τῆς ἀληθείας. Παντὶ γὰρ, φησὶ, τῷ ἔχοντι, δηλονότι τὸν περὶ τῶν μελλόντων πόθον, δοθήσεται, καὶ προτεθήσεται πάντως ἡ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις. Πλούσιος γὰρ ὑπάρχων ὁ θεὸς ἡμῶν οὐδέποτε λήγει τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τὰ θεῖα διανέμων δῶρα τῆς γνώσεως, ἅπερ οὐδ᾽ ὀνομάζειν κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον δυνάμεθα, διὰ τὸ αὐτῶν ὕψος καὶ
Hebr. 8. 6 μέγεθος, εἴπερ ἀληθεύει φάσκων περὶ τῆς ἐσχάτης μακαριό-

proprius uniuscuiusque sanctorum pro fidei in singulis modulo, proque gratia spiritus quae sumministrata est, alteri hoc, alteri illo modo, omnis in omni inventus, cunctis vero cuncta effectus.

Ex eodem sermone in illud, ‚Quicquid porro carneum et esculentum habet doctrina, cum intestinis abditisque mentis partibus comedetur, atque ad spiritualem concoctionem digeretur.'

Omnem cum sapientia naturam qui produxit deus, et rationalium unicuique essentiarum primam facultatem occulte insevit sui cognitionem, is nobis humilibus hominibus quoque, ut liberalissimus dominus, naturale quoddam sui desiderium dedit atque amorem, una connexa cum eo naturaliter doctrinae facultate, quo facilius possent cognoscere modos desiderii explendi, ac ne aberrantes eo exciderent quod consequi certamus. Hoc igitur desiderio commoti tam circa ipsam veritatem quam circa sapientiam administrationemque quas pulcher in rebus universis manifestat ordo id studere impellimur, his incensi, ut illius compotes fiamus cuius gratia desiderium cepimus. Quod cum mystice intellexerint studiosi et ambitiosi veritatis amatores, unam sibi collocaverunt scholam et studii assiduitatem gnavam circa hoc exercitationem, accurate ab ipsa rerum vera cognitione et legitima ratione edocti, quod, si hoc in saeculo futuram veritatem per pias contemplationes aliquatenus expressissent, desiderium quoque satiarent, postquam paratiorem, ut terrenis his rebus probe exercitatam, mentem nacti sint, sine ullo labore post hanc vitam in futuram perrecturi veritatem, quae iam pulchre ipsis per divinas cogitationes adumbrata est. Tum eos ad ipsam nempe veritatem deducet deus et salvator noster Iesus Christus, simplicemque et claram omnique difficultate symbolicaque varietate et omni obscuritate solutam eis repraesentabit, postquam aufugerint eos, ut activa pulsa virtute, aerumna et dolor et gemitus, ob perfectam impassibilitatem, ita contemplativa eiectae cognitione, obscuritas quoque omnis et angustia, ob sapientiam, nuda quidem veritate, cuius inde sint informationes capturi, iis apposita. Omni enim, inquit, qui habet, desiderium videlicet eorum quae futura sunt, dabitur, et apponetur omnino aeternorum bonorum fruitio. Dives enim cum noster sit deus, nunquam desinet eis qui dilexerint ipsum divina distribuere munera cognitionis, quae sane ne nominare quidem hoc saeculo licet, propter sublimitatem eorum et magnitudinem, si quidem vera pronuntiat magnus

Philipp. 2. 9. τητος ὁ μέγας ἀπόστολος ὑπεράνω παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου αὐτὴν εἶναι, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὴν μετὰ πᾶσαν πάντων τῶν χαρισμάτων διανομήν τε καὶ ἀνάβασιν δειχθησομένην τῶν ἀγαθῶν ἀκροτάτην κορυφὴν αἰνιττόμενος, τὴν μηδενὶ λόγῳ ἢ νῷ ῥη-
Cod. f. 245 a. θῆναι ἢ γνωσθῆναι | δυναμένην, τῶν τε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ἡμῖν ἐφικτῶν, τῶν τε κατὰ τὸν μέλλοντα δειχθησομένων, καὶ ὀνομασθῆναι καὶ γνωσθῆναι τυχὸν ἡμῖν δυναμένων. Ἀεὶ γὰρ ὁ διεληλυθὼς τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν γενόμενος, τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ διὰ πράξεως καὶ θεωρίας μεταβιβάζει τε καὶ μετατίθησιν ἀπὸ τῶν ἡττόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, καὶ ἀπὸ τούτων πάλιν ἐπὶ τὰ ἔτι τούτων ἀνώτερα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐπιλείψει με ὁ χρόνος λέγοντα τὰς θείας τῶν ἁγίων ἀναβάσεις τε καὶ ἀποκαλύψεις κατὰ τὴν ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν ἀλλοίωσιν, ἕως ἕκαστος τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, ἁρμόζουσαν δέξοιτο θέωσιν. Τὸν τοίνυν προῤῥηθέντα περὶ Θεοῦ φυσικὸν πόθον ἔχοντας ἡμᾶς εἰδὼς οὗτος ὁ μέγας διδάσκαλος προτρέπει τε πάντας καὶ καλεῖ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας πρὸς τὴν πνευματικὴν βρῶσιν τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν σφαγιασθέντος ἀμνοῦ, φυλάξαι τε εὐκρινῶς καὶ εὐχρήστως ὑποτίθεται τῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀμνοῦ δηλονότι, μελῶν τὴν ἁρμονίαν ἄθραυστον καὶ ἀσύμφυρτον, ἵνα μὴ κατακριθῶμεν ὡς διασπῶντες καὶ διασπαράττοντες τὴν εὔθετον ἁρμονίαν τοῦ θείου σώματος, ἢ θρασέως, ὡς ὑπὲρ δύναμιν, ἢ ἀνιέρως, ὡς παρὰ δύναμιν, τοῦ ἀμνοῦ καὶ λόγου τὰς σάρκας ἐσθίοντες· ἀλλ᾿ ἕκαστος κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμίν τε καὶ τάξιν, καὶ τὴν ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ χάριν τοῦ πνεύματος, μεταλαμβανέτω τοῦ θείου λόγου κατὰ τὴν ἑκάστου μέλους ἐπίνοιαν. Οἷον κεφαλῆς μὲν ὁ ἐξ ἀναποδείκτων ἀρχῶν ἀφέτους παντελῶς ἔχουσαν τοὺς περὶ θεολογίας λόγους πίστιν κεκτημένος μεταλήψεται, ἐξ ἧς τὸ πᾶν σῶμα τῶν ἀρετῶν τε καὶ τῶν γνώσεων συμβιβαζόμενον
Cod. f. 245 b. αὔξει τὴν πνευματικὴν αὔξησιν. Ὤτων δὲ μεταλήψεται | ὁ τοὺς θείους λόγους πνευματικῶς μετ᾿ ἐπιστήμης ὑποδεχόμενος, καὶ εὐπειθὴς καὶ ὑπήκοος Θεῷ δι᾿ αὐτοὺς μέχρι θανάτου διὰ τῶν ἔργων γινόμενος· ὀφθαλμῶν δὲ, ὁ τὴν κτίσιν πνευματικῶς κατανοῶν, καὶ πάντας τοὺς κατ᾿ αἴσθησίν τε καὶ νοῦν λόγους ἀπροσκόπως εἰς μίαν δόξης Θεοῦ συνάγων ἐκπλήρωσιν. Στήθους δὲ μεταλήψεται ὁ τὴν καρδίαν θεολογικῶν πληρώσας θεωρημάτων, κατὰ τὸν μέγαν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, καὶ πηγῆς ἀεννάου δίκην τὸν περιεκτικὸν τῆς τοῦ παντὸς προνοίας εὐσεβῶς προχέων τοῖς μανθάνουσι λόγον τε καὶ τρόπον. Χειρῶν δ᾿ αὖ μεταλαμβάνει δεόντως ὁ μηδὲν τῶν κατ᾿ ἐντολὴν ἀνειμένως ἔργων καὶ ἠμελημένως ἐπιτελῶν, ἀλλ᾿ ὅλην ἔχων ἑτοίμην καὶ εὔτονον πρὸς ἐκπλήρωσιν τῶν θείων νόμων τῆς ψυχῆς τὴν κατὰ τὴν πρᾶξιν ἐνέργειαν· κοιλίας δὲ, ὁ τὸ γόνιμον τῆς ψυχῆς ἀείβλυστον ἔχων, καὶ πλη-

apostolus, extremam beatitudinem dicens omni quo nominetur nomine superiorem esse, non solum in hoc aevo, sed etiam in futuro significans summum post universa dona gratiae plene distributa, postque factam ascensionem, manifestatum iri bonorum culmen, quod nullo verbo aut notione dici aut intellegi queat, tam eorum bonorum quae hoc aevo possint attingi quam eorum quae in futuro sint apparitura, ac fortasse nominari a nobis et intellegi capiant. Semper enim qui caelos pertransivit Iesus, dei Sermo, et cunctis caelis superior factus, eos qui actione et contemplatione ipsum sequuntur de peioribus ad meliora transfert atque transponit, et de his ad alia quae etiam his superiora sunt, et ut breviter dicam, tempus deficeret, si divinas sanctorum ascensiones et revelationes per singulas de gloria ad gloriam immutationes enarrare vellem, donec suam quisque et convenientem suo ordini accepisset deificationem. Itaque magnus hic doctor eius quod circa deum habemus naturalis desiderii, de quo supra diximus, gnarus adhortatur omnes et per doctrinam suam vocat ad spiritualem agni pro nobis mactati gustationem, servareque diserte atque utiliter commendat membrorum suorum, hoc est agni, compaginem integram et inconfusam, ne condemnemur quod divini corporis compaginem concinnam distrahamus et lancinemus, audacterve, ut supra facultatem, aut nefarie, ut contra facultatem, agni et sermonis carnes comedamus: verum unusquisque pro facultate sua et ordine, proque spiritus gratia, quae ei obtigit, divinum sermonem participato, pro singulorum membrorum significatu. Sic caput quidem participabit is qui ex principiis quae demonstrari nequeunt fidem sibi quaesivit plane liberas habentem circa theologiam rationes, unde coagmentatum totum virtutum corpus et cognitionum spiritualiter auget. Aures vero participabit is qui divinas rationes spiritualiter cum intellegentia recepit, perque eos ad mortem usque factis suis oboedit deo atque morigeratur. Oculos porro, qui conditionem spiritualiter intuetur, omnesque et sensuales et intellectuales rationes sine offendiculo ad consummandam unice cogit dei gloriam. Pectus autem participabit qui animum theologicis contemplationibus expletus, secundum magnum evangelistam Ioannem, adinstar fontis perennis rationem suam et modum, cunctorum providentiam complectentem, pie discentibus profundit. Manus rursus, ut par est, participat qui actionum divinitus prohibitarum, sive per ignaviam sive per neglegentiam perpetrat nullam, sed omnes animae in agendo vires ad perficienda dei mandata paratas habet atque intentas. Ventrem vero, qui animae, quod semper scaturiat,

θυνόμενος τοῖς πνευματικοῖς θεωρήμασι, καὶ ἀκατάσβεστον τὸν καυστικώτατον τῆς πρὸς τὴν θείαν συνουσίαν ἀπαθοῦς ἐφέσεως ἔρωτα κεκτημένος. Ἐνδοσθίων δὲ μεταλήψεται προσηκόντως, ὁ τῇ κρυφιωτέρᾳ ζητήσει τε καὶ γνώσει τοῦ νοῦ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ διερευνώμενος, καὶ ἀποῤῥήτων ἐμφορούμενος μυστηρίων. Τολμήσει [1] τι μεῖζον ὁ λόγος. Τῶν [2] κάτω τοῦ λόγου μερῶν μεταλαμβανέτω σωφρόνως, ὁ λογικῶς κατὰ τῆς ὕλης ἱστάμενος, καὶ παντάπασιν ἀμόλυντον [3] μετὰ τῆς ψυχῆς τὴν σάρκα διατηρῶν, καὶ ὅλον ἀπαραλείπτως αὐτῇ τὸν λόγον ταῖς ἀρεταῖς διαμορφῶν σάρκα γενόμενον. Μηρῶν δὲ μεταλήψεται ὁ τὸν λόγον ἐπικείμενον ἔχων τῷ τῆς ψυχῆς παθητικῷ μέρει, καὶ παντελῶς ἐκτέμνων αὐτῆς τὴν πρόσυλον κίνη-
Cod. f. 246 a. σιν· γονάτων δὲ, ὁ πρὸς τοὺς κειμένους καὶ ἀσθενοῦντας | τῇ πίστει συμπαθῶς κατὰ πρόνοιαν ἐπικλινόμενος, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ λόγου μιμούμενος συγκατάβασιν. Κνημῶν δὲ καὶ ποδῶν μεταλαμβανέτω πρὸς τούτοις, ὁ ἐπὶ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ἀσαλεύτους ἔχων τῆς ψυχῆς τὰς βάσεις καὶ ἀκλονήτους, καὶ κατὰ σκοπὸν πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἐπειγόμενος, καὶ τῆς ἀγνοίας τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς τῆς κακίας ὑπερπηδῶν μετὰ τοῦ λόγου καὶ διαλλόμενος. Ἀλλὰ τίς δυνήσεται πάσας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ τὰς δι' ἡμᾶς ἐπινοίας ἐξαριθμῆσαι καθ' ἃς ἐδώδιμον ἑαυτὸν καὶ μεταληπτὸν ἀναλόγως ἑκάστῳ πεποίηκεν. Ἔτι γὰρ ἔχει πρὸς τούτοις πᾶσιν ὁ κύριος βοστρύχους καὶ ῥῖνας καὶ χείλη, τράχηλόν τε καὶ ὤμους καὶ δακτύλους, καὶ ὅσα τῆς ἡμετέρας κατασκευῆς ἐπ' αὐτοῦ λέγεται τροπολογικῶς. Ὧν προσφυῶς τε καὶ εὐχρήστως μεταλαμβάνουσιν οἱ πρὸς ἕκαστον καὶ δι' ἑκάστου μέλους σημαινόμενον πνευματικὸν μεταποιούμενοι λόγον. Οὕτως ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ βιβρώσκεται, κατὰ τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ μέγαν διδάσκαλον, καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδίδοται, μεταποιῶν πρὸς ἑαυτὸν τῷ πνεύματι τοὺς μεταλαμβάνοντας, ἕκαστον αὐτῶν εἰς τὸν τοῦ βρωθέντος ὑπ' αὐτοῦ πνευματικῶς μέλους τόπον κατὰ τὴν θέσιν τῆς σωματικῆς ἁρμονίας ἐνάγων τε καὶ μετατιθέμενος, ὥστε φιλανθρώπως τὸν ἐν τοῖς ὅλοις λόγον τοῖς πράγμασιν οὐσίαν γίνεσθαι τὸν μόνον ὑπὲρ φύσιν καὶ λόγον.

Idem ibid. cap. 18. p. 859. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Νεκρώσας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν ζώνην Ἰωάννου μιμούμενος, τοῦ ἐρημικοῦ καὶ προδρόμου καὶ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος.

Ὁ τὴν Ἰωάννου ζώνην μιμούμενός ἐστιν ὁ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου τὸ γόνιμον τῆς ψυχῆς διὰ γνώσεως πρακτικῶς ἐπισφίγγων, καὶ ἀδιάχυτον αὐτὸ πρὸς τὴν ὕλην διαφυλάττων.
Cod. f. 246 b. Ἐρημικὸς δέ ἐστιν | ὁ παθῶν καθαρεύουσαν τὴν ἕξιν κτησά-

genitale habet, qui spiritualibus abundat contemplationibus, qui inextinguibilem et flagrantissimum impassibilis appetitus cum deo coeundi amorem habet. Intestina vero participabit convenienter, qui indagatione magis occulta et cognitione intellectuali profunda dei pervestigat, et ineffabilibus mysteriis saturatur. Maius quid sermo audebit. Inferiores sermonis partes participabit sapienter is qui rationaliter contra materiam stat, et impollutam omnino cum anima carnem conservat, et totum ac sine defectu ea sermonem, qui caro est factus, virtutibus effingit. Femora autem participabit qui sermonem in passibili animae parte habet impositum, ac motionem eius in materiam pronam prorsus exstirpat: genua contra, qui ad iacentes et fide labantes misericorditer de providentia inclinat, atque sermonis ad nos condescensionem imitatur. Tibias denique et pedes participato ad haec, qui intrepidos et inconcussos in fide et virtute et cognitione habet animae gressus, et iuxta propositum approperat ad praemium vocationis in caelum, quique ignorantiae montes nequitiaeque colles transilit cum ratione. Sed quis omnia salvatoris nostri dei propter nos cogitata enumerare poterit quibus esculentum sese atque fruendum convenienter unicuique effecerit? Habet enim dominus ad omnia haec cincinnos et nares et labra, cervicem humerosque ac digitos, et quaecunque nostrae constitutionis de eo figurate praedicari solent. Ea convenienter atque utiliter participant qui in quamque et per quodque membrum significatam rationem instaurantur. Ita agnus dei comedetur, secundum hunc sanctum et magnum doctorem, et in concoctionem spiritualem digeretur, dum participantes se spiritu in se ipsum immutat atque regenerat, unumquemque eorum in membri ab eo vorati locum pro corporalis ordinis et coagmentationis positione attrahens atque transponens, ita ut humaniter ea quae universis inest ratio in rebus essentia fiat, quae ratio sola superat naturam itemque sermonem.

Ex eodem sermone, in illud, ,Mortificatus membra, quae sunt super terram, et solitarii illius Ioannis et praecursoris magnique veritatis praeconis, praecinctionem imitans.'

Ioannis zonam imitatur qui rationis virtute genitale animae per cognitionem active constringit, et inconfusum contra materiam servat. Solitarius autem est qui purum affectibus

1. τί habet cod. Gnd. 2. Ita rescripsi. Apographum habet λόγος. τῶν. καὶ τῶν τοῦ λόγου. 3. Apographum habet μετὰ τῆς κατὰ τῆς ψυχῆς.

μενος. Πρόδρομος δὲ ὁ διὰ τῆς γνησίας μετανοίας τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτῇ δικαιοσύνην, καὶ διὰ τῆς φαινομένης ἀρετῆς τὴν ἐπιδημεῖν αὐτῶν μέλλουσαν γνῶσιν προμηνύων. Μέγας δὲ τῆς ἀληθείας κῆρυξ ἐστιν ὁ τῷ οἰκείῳ βίῳ [1] τὸν ὑπ' αὐτοῦ λαλούμενον τῆς διδασκαλίας λόγον πιστούμενος.

Idem ibid. cap. 19. p. 860. tom. I. Opp. ed. Bened. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Καὶ εἴ τις μαθητὴς ἐπὶ τὸ εὐαγγέλιον πέμπεται, φιλοσόφως καὶ ἀπερίττως· ὃν δεῖ πρὸς τῷ ἀχάλκῳ καὶ ἀράβδῳ καὶ μονοχίτωνι, ἔτι καὶ γυμνοποδεῖν, ἵνα φανῶσιν οἱ πόδες ὡραῖοι τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην.

Εὐαγγέλιόν ἐστιν ὁ περὶ τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας ὑψηλότερος λόγος· βασιλεία δέ ἐστι θεοῦ ἡ πάσης ὕλης καὶ πασῶν τῶν κατ' αὐτὴν φαντασιῶν καθαρεύουσα λῆξις. Μαθητὴς οὖν ἐπὶ τὸ εὐαγγέλιον πεμπόμενος εἰκότως ἐστὶν ὁ τοῖς τρόποις παντελῶς τὴν πρὸς τὸν κόσμον τοῦτον ἐπιδεικνύμενος ἀλλοτρίωσιν τῷ τε ἀχάλκῳ καὶ ἀράβδῳ καὶ μονοχίτωνι τήν τε φιλαργυρίαν καὶ τὸν θυμὸν ἢ τὴν ἐπὶ δυναστείᾳ τινὶ πεποίθησιν ἑαυτοῦ περικόψας, ἀτέχναστόν τε καὶ ἄπλαστον καὶ μονότροπον καὶ πάσης ἐλευθέραν διπλόης τὴν ἠθικὴν, ὥςπερ ἓν χιτώνιον, μετιὼν φιλοσοφίαν, μηδὲν τὸ σύνολον νεκρότητος τῷ ἴχνει τῆς ψυχῆς, ὥςπερ ὑπόδημα, σύμβολον ἐναφεὶς, οἷα τῆς μεγάλης εἰρήνης ὑπάρχων ἄγγελος, καὶ τῆς μηκέτι φοβουμένης τὸν ἐκ τῶν παθῶν πόλεμον, μηδὲ θάνατον σώματος ὑποστελλομένης καταστάσεως κῆρυξ, ὥςτε δύνασθαι τοὺς εἰς αὐτὸν συνετῶς ὁρῶντας ἐκ τῆς κατ' ἀρετὴν περὶ τὸν βίον ἀναλλοιώτου ταὐτότητος τὴν ἐν [1] ἀγγέλοις περὶ θεὸν εὐπρεπεστάτην εἰκονίζεσθαι πολιτείαν τε καὶ εὐστάτειαν.

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Ἢ μήποτε διὰ τὸ ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ κατὰ μίμησιν τῆς Ἰωάννου ζώνης, καὶ πάλιν εὐαγγελικῶς δύνασθαι τὸ πάσχα ἐσθίεσθαι, τάς τε διαφορὰς τῶν μεταλαμβανόντων καὶ τοὺς Cod. f. 247 a. τρόπους αὐτοῦ τοῦ πάσχα διδασκαλικῶς ὁ πατὴρ παρῃνίξατο. Τρία γὰρ πάσχα παραδίδωσιν [1] ὁ παλαιᾶς γραφῆς λόγος, ἓν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτελούμενον, καὶ ἕτερον κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ τὸ ἄλλο κατὰ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ἡ μὲν οὖν Αἴγυπτος κατὰ μίαν τῶν περὶ αὐτὴν ἐπινοιῶν ἀλληγορουμένη τοῦτον δηλοῖ τὸν κόσμον, ἡ δὲ ἔρημος ὡςαύτως κατὰ μίαν τῶν ἐπ' αὐτῆς θεωριῶν τὴν μετὰ θάνατον κατάστασιν τῶν ψυχῶν ἀλληγορικῶς ὑποφαίνει, ἡ δὲ γῆ τῆς ἐπαγγελίας τὸν

1. Cod. Gud. habet quidem τὸν ὑπ' αὐτοῦ, sed vocum ὑπ' αὐτοῦ para prior punctis subterpositis sunt notata. Aliena manus aliquid rescriptura fuisse videtur.

habitum sibi quaesivit. Praecursor vero est qui sincerae paenitentiae ope iustitiam, quae illam subsequitur, conspicuaque virtute futuram ad quam sit accessurus cognitionem praenuntiat. Magnus denique veritatis praeco est qui doctrinae sermonem a semetipso praedicatum sua propria vita confirmat.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Et si quis discipulus ad praedicandum evangelium mittitur, frugalitati ac simplicitati studeat: quem praeter quod nec aes, nec baculum, nec duplicem tunicam habeat, etiam nudis pedibus iter facere oporteat, ut pulchri pedes evangelizantium pacem appareant.‘

Evangelium est sublimior de dei regno sermo; regnum autem dei est omnis materiae omniumque vanitatum de ea conceptarum pura condicio. Discipulus igitur ad evangelium praedicandum missus, uti videtur, is est qui moribus suis prorsus sese ab hoc mundo abalienatum demonstrat, eo quod aeris sit expers et baculi, quodque unam tantum tunicam habeat, pecuniae cupidinem et iracundiam vel imperii alicuius confidentiam suam circumcidens, moralem, philosophiam neque dolosam neque effictam, simplicem eam omnique versutia liberam, veluti unam tuniculam, profitens, nullum omnino mortalitatis signum animae vestigio veluti calceum indutus, utpote qui magnae pacis existat nuntius, atque status praeco qui non timeat amplius bellum passionum aut corporis mortem reformidet, adeo ut qui prudenter in eum oculos figunt ex immutabili vitae per virtutem identitate angelorum in dei comitatu conversationem dignissimam atque stabilitatem exprimant.

Alia in idem contemplatio.

Aut fortasse per simplicitatem orationis et zonam Ioannis imitando, et rursus ad facultatem faciendam evangelice pascha edendi, et participantium differentias et ipsius paschatis modos pater per aenigma praecipiendo significavit. Tria enim pascha antiquior tradit sacra scriptura, unum quidem esse perfectum in Aegypto, et alterum in deserto, et tertium in terra annuntiationis. Aegyptus igitur secundum unam cogitationem figurata hunc mundum significat, desertum vero pariter secundum alteram illarum contemplationum animarum post mortem statum allegorice denotat, terra autem annun-

1. Cod. Gud. *ἀγγέλοις περὶ θεὸν*. Punctis ab aliena et recentiore manu positis subscripta est emendatio quam extricasse mihi non contigit.

1. Apographum habet *ὁ πατὴρ γραφῆς λόγος*. Correxi *ὁ παλαιᾶς γραφῆς λόγος*.

μέλλοντα προτυποΐ. Τρεῖς γὰρ τόποι καὶ καταστάσεις εἰσὶν ἐν οἷς οἱ ἄνθρωποι γινόμεθα, οὗτος ὁ ἐν ᾧ τὸ εἶναι λαμβάνοντες γεννώμεθα κόσμος, καὶ ὁ μετὰ θάνατον ἐν ᾧ ἐντεῦθεν ἀπιόντες γινόμεθα τόπος, καὶ ὁ μέλλων αἰών, ἐν ᾧ μετὰ ψυχῶν συγκλειόμεθα καὶ σωμάτων. Ἐφ᾽ ὅσον οὖν χρόνον ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἐν Αἰγύπτῳ ἄγομεν τὸ πάσχα, τῶν καθ᾽ ἁμαρτίαν κηλίδων ἐκκαθαιρόμενοι· ἐπὰν δὲ ταύτην διὰ θανάτου περάσωμεν τὴν ζωήν, ὡς ἐν ἐρήμῳ πάλιν ἄγομεν ἕτερον πάσχα, τρανοτέρους τοὺς τῶν ὄντων λόγους, χωρὶς συμβόλων καὶ αἰνιγμάτων καὶ τῆς δι᾽ αἰσθήσεως ποικιλίας, νοητῶς τε καὶ ἀσωμάτως μανθάνοντες· καὶ αὖθις κατὰ τὸν μέλλοντα τῶν θείων ἐπαγγελιῶν αἰῶνα ἑορτάζομεν τὸ πάσχα, τὸν ἀκρότατον ἀμέσως ἐσθίοντες τῆς σοφίας λόγον, πρὸς ὃν μεταποιηθέντες κατὰ χάριν θεούμεθα, τὴν πρὸς ἄλλο πάσχα διάβασιν καθ᾽ ὁτιοῦν ἄλλην οὐκ ἔχοντες, πλὴν ὅτι καὶ ἐνταῦθα παροῦσιν ἡμῖν δυνατόν ἐστι πρὸς τὴν ἑκάστου κατάστασιν εἰκονισθῆναι τῶν εἰρημένων τόπων τὴν ἰδιότητα. Ὁ γὰρ ἑκάστου ἡμῶν βίος χαρακτηριστικός ἐστι τοῦ ἐν ᾧ ἐστι τόπου. Οἷον, εἰ μὲν τὴν πρακτικὴν ἀνδρικῶς μετερχόμεθα φιλοσοφίαν, ἐν Αἰγύπτῳ τὸ πάσχα καλῶς ἐπιτελοῦμεν, μετὰ τῶν Αἰγυπτίων μὲν ὑπάρχοντες, οὐκ Αἰγύπτιοι δὲ τυγχάνοντες, ὡς ἐν σαρκὶ μὲν ὄντες, οὐ κατὰ σάρκα δὲ στρατευόμενοι.| Cod. f. 247 b. Εἰ δὲ τὴν φυσικὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν εὐσεβῶς ἐξασκούμεθα, ὅπλα τῷ θεῷ δυνατὰ τὰς τῆς ψυχῆς ποιούμενοι δυνάμεις, πρὸς καθαίρεσιν μὲν ὀχυρωμάτων καὶ παντὸς ὑψώματος ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, θεωρίαν δὲ τῶν ἐν τοῖς οὖσι πνευματικῶν λόγων, ὥςπερ γυμνοὶ σώματος καὶ τῆς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀπατηλῆς φαντασίας ἐλεύθεροι, τὴν πρὸς τὰς θείας ἐπαγγελίας γνωστικῶς ποιούμενοι πορείαν, ἐσμὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τῇ παθῶν λέγω, καὶ πάσης ὑλικῆς φαντασίας καθαρευούσῃ καταστάσει. Εἰ δὲ τὴν θεολογικὴν μυσταγωγίαν ἀῤῥήτοις νοὸς κινήμασι μορφαζόμεθα, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ τὸ ὑπερβάλλον εἰς ἡμᾶς μέγεθος τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις οὐκ ἀγνοοῦντες, ἐσμὲν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας. Τὴν πρακτικὴν οὖν καὶ τὴν φυσικὴν καὶ τὴν θεολογικὴν φιλοσοφίαν οἶμαι διὰ τῆς διαιρέσεως τῶν τριῶν προσώπων τὸν διδάσκαλον παραινίττεσθαι, δι᾽ ὧν ἀναλόγως ἕκαστος κατὰ τὴν ὑποῦσαν αὐτῷ δύναμιν τὸ νοητὸν ἐσθίει πάσχα.

Idem ibid. cap. 21., p. 861. tom. I. Opp. ed. Bened. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό, Εἰ μέν τις εἶ Ῥαχὴλ ἢ Λεία, ψυχὴ πατριαρχικὴ καὶ μεγάλη, καὶ τὰ εἴδωλα κλέψον ἅπερ ἂν εὕρῃς τοῦ σοῦ πατρός, οὐχ ἵνα φυλάξῃς, ἀλλ᾽ ἵνα ἀφανίσῃς· εἰ δὲ Ἰσραηλίτης σοφός, πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας μετένεγκαι.

Ῥαχὴλ μέν, ὥς φασιν, ἀμνὰς ἢ ποιμαίνουσα ἑρμηνεύεται, ἡ δὲ Λεία κοπουμένη ἢ κόπωσις ἑρμηνεύεται. Ποιμαίνεται οὖν

tiationis futurum aevum designat. Tres enim loci et status sunt in quibus versamur homines, id est hic mundus, in quo existentia impertiti generamur, et ille locus quo post mortem pergimus abeuntes, et futurum aevum, in quo cum animabus atque corporibus coercemur. Quamdiu igitur in hoc mundo versamur, in Aegypto agimus pascha, de peccati maculis dum purgamur; verum quando morte hanc vitam finivimus, tanquam in deserto rursus agimus alterum pascha, dum clarius eorum quae sunt rationes, symbolis et aenigmatis et sensuali varietate exutas intellectualiter et corporis expertes ediscimus; et rursus in futuro divinarum annuntiationum aevo pascha celebramus, dum extremam edimus immediate sapientiae sermonem, ad quem regenerati per gratiam deificamur; nec ullum ad alterum pascha transitum alium habentes, praeter quod nobis etiam in hac vita ad uniuscuiusque statum locorum, quae dixi, proprietas per imaginem repraesentari potest. Nam uniuscuiusque nostrum vita eius in quo versatur loci quasi imaginem praebet. Velut, si practicam, quae dicitur, philosophiam fortiter tractamus, in Aegypto pascha probe obimus, inter Aegyptios quidem versantes, nec tamen Aegyptii ipsi, ut in carne quidem versantes, nec tamen carnaliter militantes. Si vero naturalem in spiritu contemplationem pie exercemus, arma deo fortia reddentes animae facultates, ad expugnanda praesidia omnemque summitatem contra dei cognitionem erectam, et ad contemplandas spirituales in eis quae existunt rationes, veluti corpore nudi ac sensuali imaginationis fraude liberi, ad divinas annuntiationes gnostice iter facientes, tum in deserto sumus, in statu, inquam, ab affectibus et omni materiali vanitate puro. Si denique theologicam initiationem ineffabilibus mentis motionibus imitamur, quaenam sit latitudo et longitudo et altitudo et redundans in nos magnitudo sapientiae dei, quoad possint homines, haud ignorantes, in terra sumus annuntiationis. Practicam igitur et naturalem et theologicam philosophiam per trium personarum differentiam a magistro significari mihi videtur, quibus convenienter pro sua quisque facultate intellectualem comedat pascha.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Si Rachel quaedam es, aut Lia, hoc est patriarchica et magna anima, patris quoque tui idola, quaecunque inveneris, surripe, non ut serves, sed ut deleas: si autem sapiens Israëlita, ad terram promissionis transfer.‘

Rachel quidem, ut tradunt, agna vel pascens oves explicatur, Liam vero fatigatam vel fatigationem interpretantur.

καὶ ποιμαίνει καὶ ἄγεται καὶ ἄγει ἡ Ῥαχὴλ, κατὰ τὴν τῆς προςηγορίας δύναμιν. Ῥαχὴλ οὖν ἐστι πᾶσα ψυχὴ θεωρητικὴ, ἡ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ ὡς ἀμνὰς ποιμαινομένη τε καὶ ἀγομένη, καὶ κατὰ τὸν νόμον τοῦ θεοῦ τοῖς κατὰ πρᾶξιν θεσμοῖς ποιμαίνουσά τε καὶ ἄγουσα αὐτῆς τὰ κινήματα καὶ τὰ δια-
Cod. f. 248 a. νοήματα, καὶ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς τῷ | γονίμῳ τῆς ἀρετῆς ὑποτάσσουσα τέως, καὶ οὕτως μετὰ τὴν εἰς γνῶσιν εἴςοδον παντελῶς ἀφανίζουσα. Λεία δέ ἐστι πᾶσα ψυχὴ πρακτικὴ, τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς ἔχουσα κόπωσιν, ἣν μάλιστα πρώτην πᾶς τις τὴν θείαν μετιὼν φιλοσοφίαν γαμικῶς εἰςοικίζεται. Ἰσραηλίτης δὲ σοφός ἐστι νοῦς θεωρητικὸς τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου νοήματα πρὸς τὴν χώραν τῆς γνώσεως μεταβιβάζων κατὰ τὸν μέγαν ἐκεῖνον Ἰακὼβ, τὸν πάντα τὰ τοῦ Λάβαν πρὸς τὴν γῆν τῶν πατέρων μετακομίσαντα. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ θαυμαστὸς Ἰακὼβ ἱστορικῶς τὰς ῥάβδους λεπίσας καὶ ὑποθεὶς ταῖς ληνοῖς τῶν ὑδάτων πρὸς αὐτὰς ἐγκισσᾷν ἐποίει τὰ πίνοντα πρόβατα, οὕτω καὶ πᾶς ἐν πνεύματι σοφώτατος νοῦς τῆς περικειμένης ὕλης τοὺς τῶν ὄντων θειοτέρους λόγους ἀπογυμνώσας, καὶ τοῖς κατὰ τὴν θεωρίαν τρόποις τῆς γνώσεως ὑποθέμενος, τὴν τῶν ἀσωμάτων κατάστασιν μορφοῦσθαι, τούς τε μανθάνοντας πάντας καὶ τὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐκδιδάσκει κινήματα. Πατριάρχης οὖν τῶν μὲν διὰ τῆς πρακτικῆς κοπώσεως τὴν ἀρετὴν κατορθούντων ἐστὶν ἡ Λεία, τῶν δὲ διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας τὴν ἀρετὴν λογικῶς μετιόντων ἐστὶν ἡ Ῥαχὴλ, ὡς εὐπειθῶς ἀγομένη τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ καὶ πράως κατ' αὐτὸν ἄγουσα. Τῶν δὲ κατὰ θεωρίαν πνευματικὴν τὸ ὕψος μεταδιωκόντων τῆς γνώσεως, Ἰακὼβ ὁ πανεύφημος, τῶν μὴ τὰ φαινόμενα καθὼς φαίνονται παντελῶς, ἀλλὰ καθὼς νοοῦνται, θεωμένων τε καὶ γινωσκόντων, καὶ μετὰ τῶν ἐν τούτοις νοημάτων πλουσίως πρὸς τὴν ἄϋλον καὶ ἀσώματον μεταβιβαζομένων γνῶσιν.

Idem ibid. cap. 24, p. 864. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ἂν Σίμων ἧς Κυρηναῖος, τὸν σταυρὸν ἆρον καὶ ἀκολούθησον.

Σίμων μὲν ὑπακοὴ, Κυρηναῖος δὲ ἑτοιμότης, ὥς φασιν,
Cod. f. 248 b. ἑρμηνεύεται. | Πᾶς οὖν ἕτοιμος πρὸς ὑπακοὴν τοῦ εὐαγγελίου, καὶ προθύμως διὰ νεκρώσεως τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ὑπερχόμενος κάκωσιν, Σίμων γέγονε Κυρηναῖος, ἑκούσιον μετερχόμενος ἀρετὴν, ἐπ' ὤμων τε τὸν σταυρὸν ἔχων καὶ ἀκολουθῶν τῷ Χριστῷ ἀνεσταλμένην παντελῶς τῆς γῆς τοῦ κατὰ θεὸν βίου τὴν ἀγωγὴν ἐπιδεικνύμενος.

Idem ibid. cap. 24., p. 864. tom. I. Opp. edit. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ἐὰν συσταυρωθῇς ὡς λῃστὴς, ὡς εὐγνώμων τὸν θεὸν γνώρισον.

Λῃστής ἐστιν εὐγνώμων συσταυρούμενος τῷ Χριστῷ πᾶς ἄνθρωπος ὑπὲρ ἁμαρτιῶν πάσχων κακῶς ὡς ὑπεύθυνος,

Pascitur igitur et pascit, et agitur et agit, Rachel, secundum vocis significationem. Rachel igitur est omnis anima contemplativa, quae lege dei tanquam agna pasta et acta, et iuxta legem dei praeceptis eis quae ad actionem pertinent et pascit et agit motiones suas cogitationesque, atque carnis affectus fecunditati virtutis interim subicit, adeoque postquam ingressa in cognitionem est, prorsus extinguit. Lia autem est omnis anima strenua pro virtute laborans, quam omnis maxime divinae philosophiae sectator in matrimonium apud se excipit. Israelita autem sapiens est mens contemplativa aevi huius cogitationes in terram cognitionis transferens ad exemplum magni illius Iacobi, qui totam Labani substantiam ad terram patrum transportavit. Quemadmodum enim admirandus ille Iacobus, ut traditum est, virgas decorticatas aquarum canalibus iniecit et concipere ad eas fecit oves bibentes, sic omnis mens in spiritu sapientissima quoque rationes rerum quae sunt diviniores a materia circumvestiente denudatas modis cognitionis contemplativis subicit, et incorporalium statum formare quemque discentem et animae suae ipsius motiones edocet. Patriarcha itaque eorum quidem qui per activum laborem virtuti operam navant Lea est, contra eorum qui per naturalem contemplationem rationaliter virtutem colunt Rachel est, utpote dei lege oboedienter gubernata, ac leniter secundum eam gubernans. Eorum vero qui iuxta contemplationem spiritualem petunt sublimitatem cognitionis Iacobus est ille eximia laude praedicandus, hoc est eorum qui ea quae videntur non ita ut videntur, sed ut intellectui repraesentantur inspiciunt atque cognoscunt, et cum cogitationibus inde repetitis divites ad immaterialem et incorporalem cognitionem transeunt.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Si Simon Cyrenaeus sis, crucem tolle, ac sequere.‘

Simon quidem est oboedientia, Cyrenaeus autem, ut tradunt, explicatur paratus animus. Quicunque igitur ad oboediendum evangelio paratus, terrenis mortificatis membris per practicam philosophiam pro virtute lubenter subit vexationem, Simon factus est Cyrenaeus, voluntariam sectans virtutem, in humeris dum fert crucem et Christum sequitur, conversationem vitae deo convenientis terrena prorsus aversatam ostendens.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Si ut latro cruci simul affixus fueris, ut vir probus, deum agnosce.‘

Latro probus cum Christo simul cruci affixus omnis est homo qui pro peccatis male patitur ut obnoxius, simul male

τῷ ἀνευθύνως δι' αὐτὸν κακοπαθοῦντι λόγῳ συγκακοπαθῶν καὶ φέρων μετ' εὐχαριστίας, καὶ τὸν κατὰ πρόνοιαν τῆς δικαίας κρίσεως λόγον συνόντα γνωρίζον, καὶ ὁμολογῶν τὴν ὑπὲρ ὧν πάσχει κακῶς αἰτίαν, καὶ αἰτῶν ὥςπερ αὐτῷ τοῦ πάθους ἐκοινώνησεν ἀνεύθυνος ὢν ὁ λόγος, οὕτω δι' ἑαυτὸν τὸν λόγον τῆς οἰκείας εὐπαθείας ἀναξίῳ τυγχάνοντι μεταδοῦναι, καὶ τὴν ἐκ περιστάσεως νέκρωσιν εἰς ἑκούσιον αὐτοῦ ἀρετὴν διὰ τὴν εὐγνωμοσύνην λογίσασθαι, ἡνίκα τῆς προνοίας τὰ σοφὰ τοῦ λόγου προκαλύμματα πέρας λαβόντα τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὸ φῶς φανῇ τὸ ἀπρόςιτον. Οὕτω περιίσταται αὐτῷ πάσχοντι δι' ἁμαρτίας ἡ ἐκ περιστάσεως τῶν μελῶν τοῦ σώματος νέκρωσις, δι' εὐγνώμονος εὐχαριστίας εἰς αὐθαίρετον ἀρετὴν μεταπίπτουσα, καθ' ἣν τῶν καθ' ἁμαρτίαν πολλῶν ἀπολυόμενος ὀφλημάτων μετὰ τοῦ λόγου δικαίως εἴςεισιν εἰς τὴν χώραν τῆς γνώσεως, φημὶ δὲ τὸν παράδεισον, ἐν ᾗ γενόμενος γνώσεται τὴν αἰτίαν τῆς ἐν ᾗ καθειργμεθα νῦν καταδίκης καὶ κακοπαθείας. Λῃστὴς δὲ ἀγνώμων ἐστὶν ὁ δι' ἁμαρτίας πάσχων κακῶς ὡς ὑπεύθυνος, καὶ μὴ γνωρίζων
Cod. f. 249 a. διὰ | φιλαπεχθήμονα γνώμην τὸν ἀνευθύνως ὑπὲρ φιλανθρωπίας αὐτῳ συμπάσχοντα τῆς δικαιοσύνης λόγον, ἀλλὰ βλαςφήμως ἀποπεμπόμενος τὸν ἐπ' αὐτῷ κατὰ πρόνοιαν δικαίως ὁρισθέντα τῆς κρίσεως λόγον, ὃς ἐπειδὴ μὴ ἐγνώρισε τὸν ἀτίμως αὐτῷ κατὰ βούλησιν συγκαταδικασθέντα λόγον καὶ ᾐτήσατο χάριν ὧν ἐπλημμέλησεν, ἀφίεται τῆς βασιλείας ἀλλότριος, οὐδεμίαν τοῦ ποτε ταύτης τεύξεσθαι παρὰ τοῦ λόγου λαβὼν ἐπάγγελον.

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Καὶ πάλιν λῃστής ἐστιν εὐγνώμων ὁ κἂν ἐπ' αὐτὸ τὸ πέρας τῆς παρούσης αὐτῷ γενόμενος ζωῆς ἐλθὼν εἰς συναίσθησιν τῶν πλημμεληθέντων αὐτῷ, καὶ γνωρίζων μετὰ συνέσεως τὸν ἐπ' αὐτῷ δικαίως ὡρισμένον ἐνταῦθα τῆς θείας κρίσεως συντελούμενον αὐτῷ λόγον, καὶ αἰτῶν συγγνώμην εἰλικρινῶς ἐκ βάθους ψυχῆς ὧν ἥμαρτεν. Ἀγνώμων δὲ λῃστής ἐστιν ὁ κατ' αὐτὸ τὸ πέρας τῆς παρούσης αὐτῷ ζωῆς γενόμενος καὶ τὸν κατὰ ψῆφον δικαίαν τοῦ θεοῦ τεθέντα σοφῶς τοῦ μερισμοῦ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος νόμον τε καὶ ὅρον ὡς μὴ καλῶς δοθέντα διὰ φιλοζωΐαν μεμφόμενος.

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Καὶ πάλιν ἐπειδήπερ ἕκαστος ἡμῶν διπλοῦς ἐστι τὴν φύσιν, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστώς, λῃστής ἐστιν ὁ καθ' ἑκάτερον τῶν ἐξ ὧν συνέστηκε κατὰ τὴν θατέρου φύσιν νόμον ὑπὲρ ἀρετῆς τῷ λόγῳ μυστικῶς συσταυρούμενος, καὶ τὸν μὲν τῆς σαρκὸς νόμον ὥςπερ ἀγνώμονα λῃστὴν τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς ἀντιπίπτοντα, τὸν δὲ τοῦ πνεύματος νόμον ὥςπερ λῃστὴν ἔχων εὐγνώμονα, καὶ τὸν σωτῆρα λόγον διὰ τῶν κατὰ τὴν

patiens cum Sermone ipsius gratia innoxie male patiente, et cum grata beneficii recordatione ferens, iustique iudicii secundum providentiam secum esse Sermonem agnoscens, et culpam quam male patiendo luit confitens, ac precans ut Sermo quemadmodum quamvis innoxius passionem suam communicarit, ita sibi quamvis indigno per semetipsum velit gaudium suum et oblectationem communicare, et mortificationem ex circumstantia in voluntariam ipsius virtutem benigne adnumerare, quando Sermonis velaminibus, quae sapienter induerat providentia, demptis regni eius lux inaccessa apparuerit. Sic circumstat eum peccati causa patientem corporis membrorum de circumstantia mortificatio, quae per fidelem gratamque beneficii recordationem in voluntariam mutatur virtutem, qua debitis peccati multis solutus in regionem cognitionis cum Sermone iure intrat, hoc est in paradisum, ubi certior fiet de causa nostrae damnationis atque miseriae, quibus nunc tanquam in carcere cohibemur. Latro improbus contra est qui peccati causa obnoxius patitur, quique propter voluntatis malignitatem iustitiae sermonem non agnoscit una cum se, sed sine culpa, patientem pro benignitate sua, immo cum convicio repudiat iudicii sermonem merito ei de providentia definitum: qui cum Sermonem contumeliose secum, et sua ipsius sponte, condemnatum non cognosset nec delictorum suorum veniam rogavisset, e regno eicitur, ut alienus, nullam unquam se civitatem eius recepturum esse laetum accepturus nuntium.

Alia in idem contemplatio.

Atque iterum latro probus est qui, etiam si in ipso demum fine praesentis vitae, venit in peccatorum suorum reputationem prudenterque agnovit verbum divini iudicii in se hic consummatum, quod ei merito erat definitum, quique sincere ex intimo corde eorum quae deliquerit veniam petit. Improbus contra latro est qui vel in ipso vitae praesentis fine dei legem ac definitionem animae a corpore separandae, quamvis iusto iudicio ac sapienter sancitam, vitae amore tanquam male institutam vituperat.

Alia in idem contemplatio.

Atque rursus cum nostrum unusquisque duplicem habeat naturam, ex anima atque corpore consistens, latro est qui secundum utramque eorum ex quibus constat pro alterius natura legem pro virtute cum Sermone mystice cruci affigitur, et carnis quidem legem veluti improbum latronem virtutis sermoni obnitentem, spiritus vero legem veluti probum latronem habet, quique salvatorem sermonem par practicae

πρακτικὴν τρόπων, κἂν ἐπίπονοι ὦσιν, ἀποδεχόμενον, ᾧ συνεισέρχεται γεγηθὼς εἰς τὸν τῆς εὐωχίας τόπον τὸν πάσης κατάκορον γνώσεως, τοῦ κατὰ σάρκα φρονήματος παντελῶς ἀπηλλαγμένος. |

Cod. f. 249 b. Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Καὶ αὖθις ληστής ἐστιν εὐγνώμων ὁ καταξιωθεὶς συσταυρωθῆναι Χριστῷ διὰ τῆς παντελοῦς καὶ ὁλοκλήρου τῶν παθῶν νεκρώσεως, καὶ δεξιῶς αὐτῷ συσταυρούμενος, τουτέστι μετὰ λόγου καὶ γνώσεως πᾶσαν διεξιὼν ἀρετὴν, καὶ ἀπρόσκοπον πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν βίον διατηρῶν, καὶ μηδεμίαν ἔχων τὸ παράπαν τῆς τοῦ λόγου πραότητος ἀπᾴδουσαν δι᾽ αὐστηρότητα κίνησιν. Ἀγνώμων δὲ ληστής ἐστιν ὁ δόξης ἕνεκεν ἢ λημμάτων ἁδροτέρων τοῖς φαινομένοις τρόποις ὑπούλως τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον ὑποκρινόμενος, καὶ ἕνα καὶ μόνον πρὸς τοὺς ἔξω τὸν κόλακα λόγον ἀντὶ πάσης ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως μετερχόμενος, πρὸς δὲ τοὺς συνήθεις σκολιός τις τὴν γνώμην παντάπασιν ὢν καὶ δυσάντητος, ὃν δεῖ μάλα γε τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ βλασφημοῦντα μετὰ συνέσεως ἐπιστομίζειν. Ἴσως γὰρ παύσεται τοῦ διαβάλλειν διὰ τῆς οἰκείας ἀναστροφῆς τὸν λόγον τῇ παραινέσει τοῦ ἐπιπλήσσοντος, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πέπονθεν ὁ τὴν βλασφημίαν ἀδεῶς προσενέγκας ληστής. Τὸ γὰρ μὴ ἀντιφθέγξασθαι τῷ ἐπιπλήξαντι σημεῖον ἔχει τῆς τοῦ ῥηθέντος ἀποδοχῆς λόγου τὴν σιωπήν. Καθ᾽ ἥντινα γοῦν τῶν εἰρημένων θεωρίαν τῷ Χριστῷ συσταυρούμεθα, σπουδάσωμεν, ὡς ἐσμὲν ἐνταῦθα, τὸν συσταυρούμενον ἡμῖν ἱλεώσασθαι λόγον, καὶ τὴν ἀψευδῆ δέξασθαι κατὰ συνείδησιν καθαρθεῖσαν τῶν πλησσόντων αὐτὴν νοημάτων τῆς ἀναπαύσεως ἐπαγγελίαν, εἴπερ ἡ σήμερον τὴν ἐνεστῶσαν τούτου τοῦ αἰῶνος ἡμέραν ἐνδείκνυται (σήμερον γάρ, φησὶν, ἔσῃ μετ᾽ ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ), ἡ δὲ αὔριον τὴν τοῦ μέλλοντος, καθ᾽ ἣν οὐδεμίαν μὲν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ἐκδέχεσθαι χρὴ, μόνην δὲ τῆς ἑκάστῳ πρεπούσης κατ᾽ ἀξίαν ἀμοιβῆς τῶν βε-
Cod. f. 250 a. βιωμένων ἀντίδοσιν.

Idem ibid. cap. 24., p. 864. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Κἂν Ἰωσὴφ ᾖς ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, αἴτησαι τὸ σῶμα παρὰ τοῦ σταυροῦντος.

Τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ἡ ψυχὴ, ἢ αἱ ταύτης δυνάμεις, ἢ αἱ αἰσθήσεις, ἢ τὸ σῶμα τοῦ καθ᾽ ἕκαστον, ἢ τὰ μέλη τοῦ σώματος, ἢ αἱ ἐντολαὶ, ἢ αἱ ἀρεταὶ, ἢ οἱ λόγοι τῶν γεγονότων, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀληθέστερον, ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ, ταῦτα πάντα καὶ τούτων ἕκαστον ἐστὶ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Σταυροῖ δὲ τοῦτο, ἤγουν ταῦτα πάντα ὁ διάβολος, ἐν τῷ παραδεξαμένῳ τούτων τὴν σταύρωσιν, οὐκ ἐῶν αὐτὰ κατὰ φύσιν ἐνεργεῖσθαι. Ἰωσὴφ δὲ ἑρμηνεύεται κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν, Πρόσθεσις, Ἀριμαθία δὲ, Ἆρον ἐκεῖνο. Πῶς οὖν;

philosophiae modos, etsi magno cum labore sint coniuncti, recipit, quocum simul ingreditur laetus in oblectationis locum, omni cognitione refertum, carnali sensu ac cogitatione plane liberatus.

Alia in idem contemplatio.

Atque rursus latro probus est is qui cum Christo simul cruci affigi meruit per plenam atque perfectam passionum mortificationem, quique ad dextram eius est cruci affixus, hoc est qui cum ratione et cognitione omnem persequitur virtutem, cunctisque hominibus inoffensam servat vitam, quique nullam prorsus quae austeritate a sermonis lenitate discrepet habet motionem. Improbus contra latro est qui gloriae lautiorumve emolumentorum gratia speciosis modis subdole simulat vitam secundum virtutem institutam, unicoque ac soli pro omni virtute et cognitione in conversatione cum alienis sermoni adulatori dat operam, erga necessarios contra pravum se gerit voluntate ac moribus et illiberalem prorsus, cui praesertim viae dei calumniatori prudenter est os obturandum. Fortasse enim desinet quod in sua revertatur calumniari Sermonem ab increpante admonitus, quemadmodum in cruce contigit illi qui sine verecundia blasphemiam protulerat latro. Quod enim non oblocutus est increpanti, id sermonem qui prolatus erat tacite probatum significat. Quacunque utique contemplationis ratione cum Christo simul cruci adfigimur, dum ibi sumus, Sermonem una cum nobis cruci affixum placare studeamus, ac veracem conscientia a cogitationibus eam increpantibus purgata accipere quietis annuntiationem, siquidem hodierna dies praesentem huius aevi diem denotat, (nam, ‚Hodie‘, inquit, ‚mecum eris in paradiso‘), crastina vero futuram, qua non peccatorum remissio expectanda est ulla, sed sola vitae ex merito conveniens retributio.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Si Iosephus Arimathaeus sis, ab eo qui cruci affixit corpus pete.‘

Corpus Christi est anima, vel facultates eius, vel sensus, vel singulorum corpus, vel corporis membra, vel mandata, vel virtutes, vel rationes eorum quae facta sunt, vel ut verius simpliciter dicam, privatim et in commune, haec omnia et horum singula quaeque sunt corpus Christi. Quod cruci affigit, nempe haec omnia, diabolus, in eo qui talem horum crucifixionem admittit, secundum naturam ea operari prohibens. Iosephus autem explicatur secundum Hebraicam linguam ‚Additio‘, Arimathia vero ‚Tolle illud.‘ Qui igitur

ἄνθρωπος προσθήκας πίστεως ἔχων καὶ γνώσεως, καὶ τοῖς κατ' ἀρετὴν [1] ηὐξημένος τρόποις, καὶ πᾶσαν ἀπάτην τῶν ὑλικῶν ἑαυτοῦ περιελόμενος, οὗτος Ἰωσήφ ἐστι πνευματικὸς, δυνάμενος τὸ σῶμα λαβεῖν τοῦ Χριστοῦ καὶ καλῶς ἐνταφιάσαι καὶ ἐνθεῖναι τῇ ἐκ πίστεως λελατομημένῃ καρδίᾳ, τό τε σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ὡς Χριστοῦ σῶμα διὰ τὴν χάριν, καὶ τὰ τοῦ σώματος μέλη ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ εἰς ἁγιασμὸν ποιούμενος, τὰς δὲ αἰσθήσεις τοῦ σώματος ὑπουργοὺς εἶναι τῇ ψυχῇ κατὰ τὸν ἔμφυτον λόγον πρὸς τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν θεωρίαν παρασκευάζων, αὐτὴν δὲ τὴν ψυχὴν ἰσονομεῖν ταῖς δυνάμεσι ποιῶν πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν ἐκπλήρωσιν, καὶ ἔτι τὴν ψυχήν τε καὶ τὰς αὐτῆς δυνάμεις δουλώσας ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ, αὐτὰς δὲ τὰς ἐντολὰς φυσικὰς τῆς ψυχῆς ἀποδεικνὺς ἐνεργείας, καὶ διὰ τῆς κατ' ἀρετὴν ἀμεταθέτου καὶ παγίας ἕξεως εἰς κατανόησιν αὖ καὶ ὑποδοχὴν τῶν ἐγκεκρυμμένων ταῖς ἐντολαῖς θειοτέρων λόγων διεγειρόμενος, καὶ ὥσπερ σινδόνι τινὶ τοῖς περὶ τὸν αἰῶνα τοῦτον πνευματικοῖς λόγοις περιβάλλειν τὸν πρῶτον, ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα, λόγον. Ὁ ταύτην οὕτω τηρήσας τὴν εὔκοσμον εὐταξίαν Ἰωσήφ ἐστι, τὸ μυστικὸν σῶμα τοῦ Χριστοῦ μυστικῶς ἐνταφιάζων.

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Καὶ ἔτι συντόμως εἰπεῖν, ὁ πράξει καὶ θεωρίᾳ τοὺς Cod. f. 250 b. περὶ τοῦ σταυροῦ τοῖς ἀκούουσι θαυμαστῶς λόγους | ἀποδιδοὺς, οὗτος Ἰωσὴφ μὲν γέγονεν ἄλλος διὰ τῆς προσθήκης τῶν κατὰ τὴν θεωρίαν ἀγαθῶν εἰς γνῶσιν ἐπαυξήσας πνευματικὴν, Ἀριμαθαῖος δὲ διὰ τῆς γνησίας τῶν ἀρετῶν οἰκειότητος κατὰ τὴν πρᾶξιν πᾶσαν τῶν ὑλικῶν ἑαυτοῦ περιτέμνων τὴν προσπάθειαν.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Σταυροῦσι δὲ πάλιν τὸν Χριστὸν οἱ βλασφήμως τοὺς περὶ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ Θεοῦ διδάσκοντες λόγους, ἐνταφιάζει δὲ πάλιν ὁ τοὺς περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Θεοῦ λόγους μετὰ παῤῥησίας πᾶσιν εὐσεβῶς ἀνακηρύττων.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Κἂν Νικόδημος ᾖς ὁ νυκτερινὸς θεοσεβὴς, μύροις αὐτὸν ἐνταφίασον.

Idem ibid. cap. 24., p. 864. tom. I. Opp. edit. Bened.

Νικόδημός ἐστιν, νυκτερινὸς θεοσεβὴς καὶ μύροις τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐνταφιάζων, ὁ κατὰ διάνοιαν μὲν ἐῤῥωμένος εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, τὴν δὲ τῆς πράξεως τῶν ἐντολῶν φιλοτιμίαν ὡς δειλὸς διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων (λέγω δὲ τῶν παθῶν ἢ τῶν δαιμόνων τὰς προσβολὰς) φειδοῖ τῆς σαρκὸς παραιτούμενος, ᾧ μέγα πρὸς ἀποδοχὴν κἂν τὸ καλὰ φρονεῖν περὶ Χριστοῦ καὶ μὴ βλασφήμους προΐεσθαι λόγους.

Homo fidei additamenta habens et cognitionis, et virtutis modis auctus, omnemque materialium fraudem in se profligans, Iosephus hic est spiritualis, qui Christi corpus desumptum laute pollingere potest inque corde condere ex fidei tanquam lapide structo, ipsius corpus ad instar Christi corpus per gratiam, et corporis membra iustitiae arma deo in sanctificationem efficiens, sensus vero corporis secundum innatam rationem ad naturalem in spiritu contemplationem animae ministerio sistens, ipsique animae ad virtutes perficiendas parem atque facultatibus attribuens conditionem, ac praeterea animam atque facultates eius dei mandatis subiciens, ipsa vero mandata naturales animae virtutes probans, ac per immutabilem secundum virtutem et stabilem habitum ad percipiendas rursus et recipiendas diviniores quae in dei mandatis latent rationes exstimulatus, ut tanquam sindone quodam spiritualibus circa hoc aevum sermonibus circumvestiat primum, ex quo et per quem et in quem universa decurrunt, Sermonem. Qui tam decoram servat disciplinam, is Iosephus est, mysticum Christi corpus sepeliens.

Alia in idem contemplatio.

Praeterea, ut breviter dicam, qui actione et contemplatione de cruce sermones egregie tradit audientibus, is Iosephus alter factus est contemplationis bonis sibi additis auctus in spiritualem cognitionem, Arimathaeus vero qui sincera cum virtutibus iunctus necessitudine secundum actionem in se omnem qua materialibus est addictus et obnoxius tollit affectionem.

Alia in idem contemplatio.

Cruci rursus affigunt Christum qui contumeliose de dei incorporatione tradunt, sepulchro autem rursus praeparat qui doctrinam de deo incorporato aperte et palam omnibus pie praedicat.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Si Nicodemus sis, nocturnus ille dei cultor, funebribus unguentis ipsum ungue.'

Nicodemus nocturnus dei cultor, et unguentis Christi corpus praeparans ad sepulturam, est qui mente quidem ad cognoscendum Christum fortis et impiger est, at mandatorum exsequendorum studium ut ignavus de Iudaeorum (passionum inquam, vel daemonum incursationes) metu, carnis cura recusat, cui magnum est ad commendationem vel bene de Christo sentire nec contumeliose de eo loqui.

---

1. Apographum habet εὐξημένος.

Idem ibid cap. 24., p. 864. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Κἂν Μαρία τις ᾖς, κἂν ἡ ἄλλη Μαρία, κἂν Σαλώμη, κἂν Ἰωάννα, δάκρυσον ὀρθρία. Ἴδε πρώτη τὸν λίθον ἠρμένον, τυχὸν δὲ καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ Ἰησοῦν αὐτόν.

Μαρία ἡ πρώτη, ἐξ ἧς ἐκβέβληκεν ὁ λόγος ἑπτὰ δαιμόνια, ἐστὶ πᾶσα πρακτικὴ ψυχὴ, διὰ τοῦ λόγου τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν τῆς περὶ τὸν αἰῶνα τοῦτον καθαρθεῖσα πτοήσεως. Ἑβδοματικὸς γὰρ οὗτος ὁ αἰὼν, [1] τῇ εἰς ἑαυτὸν τοῦ χρόνου περιελίξει πληρούμενος, οὗτινος ἐλευθεροῖ τοὺς ἑαυτοῦ θιασώτας ὁ λόγος, πάντως αὐτοὺς ὑπεράνω τιθεὶς τῶν ὑπὸ χρόνον. Ἡ δὲ ἄλλη Μαρία ἐστὶ πᾶσα ψυχὴ θεωρητικὴ, διὰ γνώσεως ἀληθοῦς τὴν πρὸς τὸν λόγον κατὰ χάριν κτησαμένη συγγένειαν. Σαλώμη δέ ἐστιν, ἥτις ἑρμηνεύεται
Cod. f. 251 a. *εἰρήνη ἢ πληρεστάτη, πᾶσα ψυχὴ διὰ μὲν | τῆς ἀποβολῆς τῶν παθῶν εἰρηνεύουσα, καὶ τῇ περιουσίᾳ τῶν πρακτικῶν ἀρετῶν τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς καθυποτάξασα τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος, διὰ δὲ τῆς πληρώσεως τῶν κατὰ θεωρίαν πνευματικῶν νοημάτων τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν κατὰ τὸ δυνατὸν σοφῶς περιλαβοῦσα. Ἰωάννα δέ ἐστιν, ἥτις ἑρμηνεύεται περιστερὰ, τὸ πρᾶον ζῶον καὶ ἄχολον καὶ πολύγονον, πᾶσα ψυχὴ διὰ πραότητος τὸ ἐμπαθὲς ἀποθεμένη, καὶ τὴν ἐν γνώσει πολυγονίαν τοῦ πνεύματος διάπυρον ἔχουσα. Αὗται δὲ δακρύουσιν ὄρθριαι, τουτέστι δάκρυα προχέουσι γνωστικὰ, ζητοῦσαι τὸν πάσης ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως ἀρχικώτατον λόγον. Καὶ πρῶτον ὁρῶσι τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας ἠρμένον τοῦ μνημείου, τουτέστι τὴν ἐπικειμένην τῇ καρδίᾳ τῆς ἀσαφείας τοῦ λόγου πώρωσιν· εἶτα τοὺς ἀγγέλους, τουτέστι τοὺς ἐν πνεύματι τῶν ὄντων φυσικοὺς λόγους, σιωπῇ κηρύττοντας τὸν παναίτιον λόγον.*

Ἄλλο θεώρημα εἰς τοὺς ἀγγέλους.

Ἢ τοὺς λόγους τῆς ἁγίας γραφῆς, τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς θεοῦ καὶ ἀνθρώπου, ἤγουν τὴν περὶ θεολογίας καὶ οἰκονομίας, τρανοτέραν αὐταῖς παρεχομένους ἔννοιαν. Ἕνα γάρ φησιν ὁ λόγος αὐτὰς ἑωρακέναι πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσί. Πρὸς τῇ κεφαλῇ γὰρ εἶναι τὸν τῆς θεολογίας λόγον διὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, πρὸς δὲ τοῖς ποσὶ τὸν τῆς οἰκονομίας διὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ Χριστοῦ μὲν κεφαλὴν τὴν θεότητα αὐτοῦ, πόδας δὲ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ λέγων τις τοῦ εἰκότος οὐχ ἁμαρτήσεται.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τοὺς αὐτούς.

Ἢ τυχὸν τὰς κατὰ συνείδησιν περὶ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κινήσεις εἶναι τοὺς ἀγγέλους, διὰ τὴν παντελῆ τῆς κακίας τε καὶ ἀγνωσίας ἀποβολήν. κηρυττούσας αὐταῖς νοη-

Ex eodem sermone, in illud, ,Si Maria quaedam sis, si alia Maria, si Salome, si Ioanna, diluculo lacrimas profunde. Fac ut prima sublatum lapidem, angelos etiam fortasse, atque adeo Iesum ipsum videas.‘

Prima Maria ex qua Sermo septem eiecit daemonia est omnis activa anima, per sermonem evangelicorum mandatorum a consternatione circa hoc aevum purgata. Hebdomaticum enim hoc est aevum, quod temporis in se ipsum circumvolutione consummatur, a quo Sermo suimetipsius cultores liberat, supra omnia temporalia eos omnino collocans. Altera vero Maria est omnis anima contemplativa quae verae cognitionis ope cognationem cum Sermone per gratiam sibi quaesivit. Salome autem, quam interpretantur Pacem, vel Plenissimam, est omnis anima passionibus abiectis pacata, et practicarum virtutum copia carnis cogitata spiritus legi subiciens, per expletionem vero contemplativarum spiritualium cogitationum rerum quae existunt cognitionem pro virili sapienter comprehendens parte. Ioanna autem, quae explicatur Columba, animal mite, bilis expers et fecundum, omnis anima est quae per mansuetudinem exuit affectus, atque spiritus in cognitione fecunditatem ferventem habet. Hae autem mane flent, hoc est lacrimas gnosticas profundunt, dum Sermonem quaerunt omnis virtutis et cognitionis summum principem. Et primae vident lapidem de ianua sepulchri sublatum, hoc est obscuritatis Sermonis quae cordi incubat indurationem; deinde angelos, hoc est naturales rerum quae existunt in spiritu rationes, Sermonem rerum universarum causam tacite praedicantes.

Alia in angelos contemplatio.

Vel sacrae scripturae sermones qui apertiorem eis de Christo ut deo et homine, id est de theologia atque divino incarnationis consilio praebet interpretationem. Unum enim narrat scriptura eas vidisse capiti adstantem, et alterum ad pedes. Etenim qui capiti adstare theologiae sermonem propter Christi deitatem, pedibus adstare dispensationis propter incarnationem, et qui Christi quidem caput divinitatem eius, pedes humanitatem eius dixerit, is a vero non aberrabit.

Alia in eosdem contemplatio.

Vel fortasse circa pietatis sermonem motiones in conscientia angelos esse, propter perfectam nequitiae et ignorantiae depositionem, intellectualiter eis praedicantes sermonis

---

1. Apographum τῶν.

τῶς τοῦ ποτὲ διὰ κακίαν ἐν αὐταῖς νεκρωθέντος λόγου τὴν ἀνάστασιν. Καὶ τέλος αὐτὸν ὁρῶσι τὸν λόγον διαῤῥήδην αὐταῖς ἐμφανιζόμενον, συμβόλων δίχα καὶ τύπων, καὶ πλη-
Cod. f. 251 b. ροῦντα χαρᾶς | νοητῆς τὰς νοερὰς αὐτῶν χωρήσεις.

Idem ibid. cap. 24., p. 864. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Γενοῦ Πέτρος ἢ Ἰωάννης· ἐπὶ τὸν τάφον ἐπείχθητι, ἀντιτρέχων, συντρέχων, τὴν καλὴν ἅμιλλαν ἁμιλλώμενος.

Πέτρος μέν ἐστι πᾶς ἄνθρωπος τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως κατὰ τὴν ἀναστροφὴν τοῦ βίου κτησάμενος· Ἰωάννης δὲ ὁ διὰ πραότητα πολλὴν καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἀκραιφνῆ καθαρότητα τῆς καρδίας ἀγαπώμενος τῷ λόγῳ, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως θησαυροὺς πιστευόμενος, καὶ τῇ ἐπὶ τὸ στῆθος ἀναπτώσει ἐξ αὐτῆς τοῦ λόγου τῆς κρυφίας θεότητος τὴν τῆς θεολογίας κομισάμενος δύναμιν. Ἀντιτρέχουσι δὲ ἀλλήλοις οὗτοι, ὁ μὲν κατὰ τὴν ἐνάρετον πρᾶξιν τὴν τοῦ ἑτέρου θεωρίαν νικῆσαι φιλονεικῶν, ὁ δὲ κατὰ τὴν γνωστικὴν θεωρίαν τὴν πρᾶξιν τοῦ ἄλλου παραδραμεῖν ἐπειγόμενος. Συντρέχουσι δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀλλήλοις, ἑκάτερος κατὰ τὸ ἴσον περὶ τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν εὐοδούμενος.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τοὺς αὐτούς.

Πέτρος δέ ἐστι πάλιν, καὶ Ἰωάννης, ἕκαστος ἄνθρωπος θεῷ πλησιάζειν ἠξιωμένος, καὶ τὸ μὲν πρακτικὸν τῆς ψυχῆς οἱόντινα Πέτρον, τὸ δὲ θεωρητικὸν οἱόντινα Ἰωάννην, ἀλλήλοις κατὰ τὸν λόγον ἔχων συντρέχοντα, δίχα τῆς θατέρου πρὸς τὸ ἕτερον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως· καὶ πάλιν ἀλλήλοις κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀντιτρέχοντα τῷ περὶ ἑκάτερον ἄκρῳ παραδραμεῖσθαι θάτερον ὑπὸ θατέρου νομίζεται.

Idem ibid. cap. 24., p. 864. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ, Κἂν ὡς Θωμᾶς ἀπολειφθῇς τῶν μαθητῶν οἷς Χριστὸς ἐμφανίζεται, ὅταν ἴδῃς, μὴ ἀπιστήσῃς. Κἂν ἀπιστήσῃς, τοῖς λέγουσι πίστευσον. Εἰ δὲ μὴ τούτοις, τοῖς τύποις τῶν ἥλων πιστώθητι.

Θωμᾶς ἑρμηνεύεται δίδυμος, ὅ ἐστι δισταγμὸς ἢ διστάζων τοῖς λογισμοῖς, καὶ διὰ τοῦτο χωρὶς τῆς τῶν τύπων τῶν ἥλων ψηλαφήσεως μηδὲ πιστεύων γεγονέναι τοῦ λόγου τὴν ἀνάστασιν. Θωμᾶς οὖν ἐστι πᾶς διστακτικὸς ἄνθρωπος τὴν
Cod. f. 252 a. τοῦ ἐν αὐτῷ λόγου τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως | γίνεσθαι δυσκόλως πιστεύων ἀνάστασιν, ὅντινα μόνον αἱ μνῆμαι τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἀπαθῶς τυπούμεναι κατὰ διάνοιαν, πείθουσι τοῦ ἐν αὐτῷ θείου λόγου δέξασθαι τὴν ἀνά-

ob nequitiam olim in ipsis mortificati resurrectionem. Atque postremo ipsum vident sermonem clare eis manifestatum, sine symbolis et imaginibus, atque intellegibili gaudio reptentem intellectuales earum sensus.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Petrum vel Ioannem imitare, ad sepulchrum propera, simulac certatim currens, atque honesta aemulatione contendens.'

Petrus quidem est omnis homo qui fidei in Christum firmamentum per vitae rationem sibi acquirit: Ioannes vero qui propter multam mansuetudinem atque puram cordis inde sinceritatem a domino diligitur, cuique propterea thesauri sapientiae et cognitionis sunt crediti, et qui ad pectus reclinando ex ipsa Sermonis occulta divinitate theologiae virtutem refert. Occurrunt autem hi sibi invicem, dum hic secundum actionem virtute institutam alterius contemplationem vincere studet, ille secundum gnosticam contemplationem alterius actionem antevertere properat. Concurrunt vero sibi invicem secundum propositionem, dum uterque ex aequo circa proprium bonum felici rerum successu utitur.

Altera in eosdem contemplatio.

Petrus vero rursus est, et Ioannes, omnis homo qui deo appropinquare meruit, quique practicum animae studium ad Petri instar, contemplativum vero ad Ioannis instar, invicem sibi secundum sermonem concurrentia habet, nullo alterius prae altero excessu aut defectu. Atque rursus eadem sibi invicem secundum propositionem occurrentia creduntur, cum uterque utrumque sua antevertat excellentia.

Ex eodem, in illud, ‚Quod si Thomae instar a coetu discipulorum, quibus apparuit Christus, abfueris, posteaquam videris, ne rei fidem abroges. Quod si id tibi fidem non facit, narrantibus saltem crede. Si ne his quidem, at certe clavorum impressionibus fidem habe.'

Thomas explicatur Geminus, quod est dubitatio vel dubitans mente, et propterea clavorum impressionibus non contrectatis nec resurrexisse Sermonem credens. Thomas igitur est omnis homo in dubitationem proclivis qui Sermonis virtutis atque cognitionis quem in semetipso habet haud facile credit futuram esse resurrectionem, cui peccatorum solum antea factorum monumenta, sine affectu in mente impressa, divini in semetipso Sermonis resuscitationem futuram esse

στασιν, καὶ ὁμολογῆσαι αὐτὸν κύριον καὶ Θεὸν, κύριον μὲν ὡς τῆς κατὰ πρᾶξιν τελειότητος νομοθέτην, Θεὸν δὲ ὡς τῆς κατὰ τὴν θεωρίαν παντελοῦς μυσταγωγίας ὑφηγήτην. Ἀπαθὴς δὲ μνήμη ἐστὶ τῶν προγεγενημένων τύπωσις ἡ χωρὶς ἡδονῆς καὶ λύπης περὶ πρᾶξιν καὶ λόγον ἐγγινομένη τῇ ψυχῇ περὶ τῶν ἰδίων ἔργων ἢ νοημάτων διάγνωσις, τύπους, ἀλλ' οὐ τρήσεις ἔχουσα τῶν τραυμάτων διὰ τὴν ἐγγενομένην ἀπάθειαν συνουλωθέντων.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Ἢ πάλιν ἧλοι τυγχάνουσιν οἱ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν τρόποι τῶν ἀρετῶν, προσηλωμένην μετὰ πόνου τῷ θείῳ φόβῳ κρατοῦντες τῆς ψυχῆς τὴν διάθεσιν, οὓς οἱ ἀπαθεῖς καὶ ἁπλοῖ καὶ ἄῤῥητοι τῆς γνώσεως διαδεξάμενοι λόγοι διαπρύσιον βοῶσι τὴν κατὰ τὴν θέωσιν τῆς ψυχῆς γενομένην αὐτῇ τοῦ θείου λόγου ἀνάστασιν, πιστῶς μαρτυροῦσαν προδεικνῦντες τῆς θεοειδοῦς ἕξεως τὴν ἀπάθειαν· ἣν ὁ μὴ παθὼν οὐδ' ἄλλῳ ποτὲ ἀφηγουμένῳ περὶ αὐτῆς πιστεύσειεν, ὥςπερ οὐδὲ Θωμᾶς ταύτην παθοῦσι τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἀποστόλοις πρὸ τῆς διὰ τοῦ παθεῖν πείρας ἐπίστευσε λέγουσιν.

Idem ibid. cap. 24., p. 864. tom. I. Opp. ed. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Ἂν εἰς ᾅδου κατίῃ, συγκάτηλθε. Γνῶθι καὶ τὰ ἐκεῖ τοῦ θεοῦ μυστήρια, τίς ὁ λόγος τῆς διπλῆς καταβάσεως.

Ὁ πνευματικὸς ἄνθρωπος πανταχοῦ γινώσκων ἀχράντως ὑπάρχειν τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἕπεται διὰ θεωρίας αὐτῷ, τῆς ἐπὶ πάντα προνοίας μετὰ συνέσεως τὴν ἐπιστήμην δρεπόμενος. Οὕτω καὶ εἰς ᾅδον κατερχομένῳ τῷ λόγῳ συγκάτεισιν, οὐκ ἐπὶ κακῷ δῆλον, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἐρευνῆσαι καὶ μαθεῖν τὸ μυστήριον τῆς εἰς τὸν ᾅδην τοῦ θεοῦ καταβάσεως, καὶ τῶν ἐκεῖσε γινομένων τε καὶ ἐπιτελουμένων τὸν ὑπερφυᾶ διδαχθῆναι λόγον.

Cod. f. 252 b.

Ἄλλο θεώρημα εἰς τὸ αὐτό.

Ἢ πάλιν, ἐπειδὴ ᾅδης ἐστὶ πᾶσα ἁμαρτία, ζοφερὰν καὶ ἀειδῆ καὶ διεφθαρμένην τὴν ὑπ' αὐτῆς κρατουμένην ἀπεργαζομένη ψυχὴν, ὁ περὶ παθῶν διαλεγόμενος εἰς ᾅδην κατιόντι τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας συγκάτεισι, τὴν ὑφ' ἑκάστης κακίας νεκρωθεῖσαν ἀρετὴν διὰ τοῦ λόγου ζωοποιῶν καὶ εἰς ἀνάστασιν ἄγων, καὶ τὰ δεσμὰ τῆς ὑλικῆς προςπαθείας τῶν ψυχῶν, ἀνδρικῶς τῷ λόγῳ συνδιαῤῥήσσων. Λόγος δὲ τῆς διπλῆς καταβάσεως κατὰ τὸν πρόχειρον νοῦν ἐστι, πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἐπιβολὴν, τὸ καὶ μετὰ σωμάτων ψυχὰς σώζειν διὰ πίστεως καὶ ἀγωγῆς βίου καθαρᾶς, ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ χωρὶς σωμάτων εἰς τὸν ᾅδην κατελθόντα τὸν λόγον τὰς ἐκεῖσε τῶν

persuadent ut credat, atque ut eum dominum ac deum esse accipiat, dominum quidem ut practicae, quam dicimus, perfectionis legislatorem, deum vero ut contemplativae ac plenae initiationis deductorem. Monumentum vero affectu carens est ante factorum impressio quod menti sine voluptate ac dolore circa actionem et Sermonem insidet propriorum factorum aut cogitatorum iudicium, impressiones, at non perforationes vulnerum habens, quae propter affectuum absentiam in cicatrices coiverunt.

Alia in idem contemplatio.

Ἢ τὸν φυσικὸν τυχὸν καὶ γραπτὸν καὶ πνευματικὸν νόμον αἱ τρεῖς ἡμέραι παραδηλοῦσιν, ὡς ἑκάστου τοῦ κατ' αὐτὸν πνευματικωτέρου λόγου τὸν φωτισμὸν τοῖς φιλοπονοῦσι παρέχοντος, καθ' ἃς ἀμέμπτως οἱ καλῶς τε καὶ ἀληθῶς πεινῶντες τὰ θεῖα, τῷ θεῷ καὶ λόγῳ προσμένοντες, δέχονται τροφὴν μυστικὴν κατὰ ταὐτὸν νίκης τε καὶ βασιλείας ἔχουσαν σύμβολα τοῦ κόρου τὰ λείψανα. Αἱ γὰρ ἑπτὰ σπυρίδες ἐκ φοινίκων τὴν ὕλην ἔχουσαι (νίκης δὲ σύμβολον καὶ βασιλείας ὁ φοῖνιξ), πρὸς δὲ καὶ τῆς ἀκλονήτου πρὸς τὰς τῶν βιαίων πνευμάτων ἐμβολὰς ὑπὲρ ἀληθείας ἐνστάσεως δι' ἑαυτῶν τοὺς τραφέντας πάσης κακίας καὶ ἀγνωσίας νικητὰς ἀποφαίνουσιν, ὡς τὴν κατὰ παθῶν τε καὶ δαιμόνων παρὰ τοῦ θεοῦ λόγου ἀήττητον λαβόντας δυναστείαν.

ad similitudinem' medium vero, ,Et fecit deus hominem, marem atque feminam fecit eos': atque iterum extremitas, ,In Iesu Christo non est neque mas neque femina.' Cum igitur extremitates et medium sint inaequalia, cum altera masculum ac feminam habeant, altera non habeant, effectiva est atque comprehensiva dei virtus, quam mystice, uti mihi videtur, initiatus sapientissimus Moyses, et ceteris hominibus benigne significans, intra sex deum scripsit dies universum mundum condidisse: qua virtute per seriem et ordinem cum providentia et indicio rerum quae sunt creationem convenienter contemplantes (ista enim haec comprehenduntur) duodenarium plenissimum consummamus numerum.

Contemplatio in cophinos.

Cophinos autem, in quibus repositae sunt reliquiae, sermo appellat dispensationem institutoriam, eorum qui spiritualiter sunt intellectualibus dictorum rationibus nutriti, propterea quod paedagogicam nondum superaverunt doctrinam, quae tam quae utilia sint recte suppeditat, quam gravem eis qui ita instituuntur conversationem proponit; quomodo intellegere nos iubet materia ex qua cophini construuntur, quae natura sua ad feriendum et percutiendum comparata est.

Contemplatio septem panum.

Septem autem quattuor milium panes legalem, ut opinor, mystagogiam exprimunt, sive diviniores secundum eam rationes, quas eis qui tres dies apud sermonem maneant, id est qui laborem circa moralem et naturalem et theologicam philosophiam quo cognitionis lux comparetur cum patientia et aequo animo ferant, Sermo mystice tradit.

Alia contemplatio de tribus diebus.

Vel naturalem fortasse et scriptam et spiritualem legem tres dies significant, cum singulae videlicet spiritualioris secundum ipsas rationis lucem eis qui gnaviter student praestent, quibus qui bene ac vere divina esuriunt Deo et Sermoni sine reprehensione adhaerentes mysticum accipiunt nutrimentum, quod eodem tempore et victoriae et regni fert symbolum, saturationis reliquias. Septem enim sportae e palmae ramis consertae (victoriae autem symbolum et regni palma est), inconcussae praeterea ac fortis cum violentis spiritibus incurrentibus contentionis eos qui per se nutriti sunt omnis pravitatis et ignorantiae victores significant, ut qui a deo Sermone invictam acceperint affectuum ac spirituum dominationem.

Θεωρία τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τετρακισχιλίων ἀνδρῶν.

Καὶ ὁ αὐτῶν δὲ ἐκείνων τῶν τούτους τραφέντων τοὺς πνευματικοὺς λόγους ἀριθμὸς τῆς ἀληθοῦς αὐτῶν ἀρίδηλος μάρτυς ἐστὶ τελειότητος, ὡς τὰς τέσσαρας γενικὰς περιέχων μονάδας, ὧν πρώτη μὲν ἔστιν ἡ πρώτη μονὰς, δευτέρα δὲ μονάς ἐστιν ἡ δεκὰς, τρίτη δὲ μονάς ἐστιν ἡ ἑκατοντὰς, καὶ τετάρτη μονάς ἐστιν ἡ χιλιάς. Ἑκάστη γὰρ τούτων, χωρὶς τῆς πρώτης μονάδος, καὶ μονάς ἐστι καὶ δεκάς· μονὰς μὲν τῶν μετ' αὐτὴν, ὡς εἰς ἑαυτὴν συντιθεμένη, καὶ τῷ δεκα-
Cod. f. 259 b πλασιασμῷ τὴν αὐτῆς ἀπαρτίζουσα δεκάδα· δεκὰς δὲ, ὡς τῶν πρὸ αὐτῆς μονάδων τὴν σύνθεσιν εἰς ἑαυτὴν περιγράφουσα· χιλιὰς δὲ τετραπλουμένη τετρακισχιλίους ὑφίστησιν. Ἔστιν οὖν ἡ πρώτη μονὰς μυστικῆς θεολογίας σύμβολον, ἡ δὲ δευτέρα μονὰς θείας οἰκονομίας καὶ ἀγαθότητος τύπος, ἡ δὲ τρίτη μονὰς ἀρετῆς καὶ γνώσεώς ἐστιν εἰκὼν, καὶ ἡ τετάρτη μονὰς τῆς καθόλου τῶν ὄντων θειοτέρας μεταποιήσεως δήλωσις.

Ἄλλη θεωρία εἰς τὸν ζ' ἀριθμόν.

Ὁ δὲ ἑπτὰ ἀριθμὸς τῶν σπυρίδων κατ' ἄλλον πρὸς τῷ προτέρῳ θεωρούμενος τρόπῳ, ὥς φασιν, ἐμφαίνει σοφίαν καὶ φρόνησιν, τὴν μὲν ὡς περὶ τὴν αἰτίαν τρισσῶς κατὰ νοῦν κινουμένην, τὴν δὲ περὶ τὰ μετὰ τὴν αἰτίαν καὶ περὶ τὴν αἰτίαν ὄντα κατὰ λόγον διὰ τὴν αἰτίαν τετραχῶς κινουμένην. Οὐθέτερον οὖν ἀλόγως παρὰ τοῦ κυρίου γεγένηται κατὰ τὸν μέγαν τοῦτον διδάσκαλον, οὐδὲ ἀναξίως τοῦ πνεύματος.

Greg. N z. Orat. in Pentecost. cap. 16., p. 743. tom. I. Opp edit. Bened.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, Καὶ ἔστι διαφορὰ χαρισμάτων, ἄλλου δεομένη χαρίσματος πρὸς διάκρισιν τοῦ βελτίονος.

Ἡ διαφορὰ τῶν χαρισμάτων ἡ ἄλλου δεομένη χαρίσματος πρὸς διάκρισιν κατὰ τὸν μέγαν τοῦτον διδάσκαλόν ἐστιν, ἡ προφητεία, καθὼς οἶμαι, καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις. Ἡ μὲν γὰρ προφητεία δεῖται τοῦ χαρίσματος τῆς διακρίσεως τῶν πνευμάτων, πρὸς τὸ γνωσθῆναι τίς καὶ πόθεν καὶ ποῦ φέρουσα καὶ ποίου πνεύματός ἐστι, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, μή πως φλήναφός ἐστι, μόνον εἰκῇ [1] προφερομένη ἐκ τῆς κατὰ τὸ ἡγεμονικὸν βλάβης τοῦ λέγοντος, ἢ αὐτοκίνητός τις ὁρμὴ τοῦ δῆθεν προφητεύοντος, ἐξ ἀγχινοίας περί τινων φυσικῶς κατὰ λόγον διὰ πολυπειρίαν τεκμαιρομένου πραγμάτων, ἢ τοῦ πο-
Cod. f. 260 a. νηροῦ καὶ δαιμονιωδοῦς πνεύματος, | ὥσπερ ἐν Μοντανῷ καὶ τοῖς ἐκείνῳ παραπλησίοις ἐστὶ τερατολογία ἐν προφητείας εἴδει τὸ λεγόμενον, ἢ δόξης ἕνεκεν κενῆς τοῖς ἄλλων ἄλλος τυχὸν

Contemplatio virorum quattuor milium numeri.

Atque ipsorum illorum numerus qui his spiritualibus rationibus sunt enutriti verae ipsorum perfectionis manifestus et locuples testis est, quippe qui quattuor generales continet unitates, quarum prima quidem est prima unitas, secunda vero est denarius numerus, tertia centenarius, quarta monas est millenarius numerus. Harum enim unaquaeque, prima monade excepta, et monas est et decas: monas quidem earum quae post se sequuntur, ut in se ipsa composita, atque decuplando ipsius decadem conficiens: decas vero, sive denarius numerus, ut earum quae ante se sunt compositionem in se ipsam circumcludens: millenarius vero numerus quadruplicatus efficit quattuor milia. Est igitur prima monas mysticae symbolum theologiae, altera divinae dispensationis et bonitatis imago, tertia monas virtutis et cognitionis est simulacrum, quarta denique monas generalis rerum quae existunt regenerationis divinioris manifestatio.

Alia contemplatio in septenarium numerum.

Septenarius autem sportarum numerus alio secundum superiorem modo inspectus, ut dicunt, significat sapientiam et prudentiam, hanc quidem ut circa causam trifariam sese mente; illam circa ea quae post causam et circa causam sunt ratione per causam quadruplici modo se moventem. Neutrum igitur irrationaliter a domino factum est secundum magnum hunc magistrum, nec spiritu indigne.

Ex eodem sermone, in illud, ‚Atque gratiorum diversitas est, alia gratia opus habens ad discernendum quaenam sit praestantior.‘

Diversitas gratiarum quae alia gratia habet opus ad discernendum, secundum magnum hunc doctorem prophetia est, quemadmodum arbitror, et ‚linguis loqui.‘ Prophetia enim opus habet gratia spirituum discernendorum, ad cognoscendum quaenam et unde et quo ferens et cuiusmodi spiritus sit, et quam habent causam, ne forte nugax sit, temere solum prolata ex vitio principatus animi eius qui loquitur, aut motus spontaneus eius videlicet qui prophetat, ex ingenii sagacitate de multarum rerum experientia docti naturaliter de quibusdam rebus secundum rationem coniectantis, aut nequam et daemoniaci spiritus, sicut in Montano et eius similibus quod praedicatur prodigiosa oratio est prophetiae forma vestita, aut ne gloriolae vanae alienis alius, prout casus fert, se exornet, loquens magnifice atque iactans quae

1. Apographum habet προφερόμενος.

ἀβρύνεται, λέγων τε καὶ πομπεύων ἅπερ αὐτὸς οὐκ ἐγέννησεν, ὑπὲρ τοῦ θαυμασθῆναι ψευδόμενος, καὶ πατέρα νόθον ὀρφανῶν λόγων καὶ νοημάτων ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ δόξαι σοφός
1 Corinth. 14, 29. τις εἶναι προβάλλεσθαι οὐκ αἰσχυνόμενος. Προφῆται γὰρ β', φησὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν. Τίνες δὲ τυγχάνουσιν οἱ ἄλλοι; δηλονότι οἱ τὸ χάρισμα τῆς διακρίσεως ἔχοντες τῶν πνευμάτων. Δεῖται τοίνυν ἡ μὲν προφητεία, καθὼς ἔφην, τῆς διακρίσεως τῶν πνευμάτων, ἵνα γνωσθῇ καὶ πιστωθῇ καὶ ἐγκριθῇ, τὸ δὲ χάρισμα τῶν γλωσσῶν δεῖται τοῦ χαρίσματος τῆς ἑρμηνείας, ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς παροῦσιν ὁ τοιοῦτος μαίνεσθαι, μὴ δυναμένου τινὸς τῶν ἀκουόντων παρακολουθῆσαι τοῖς λαλουμένοις.
1 Corinth. 14, 23. Ἐὰν γάρ, φησὶν ὁ μέγας ἀπόστολος, λαλεῖτε γλώσσαις, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιότης, οὐκ ἐροῦσιν ὅτι μαίνεσθε; Καὶ κελεύει μᾶλλον σιωπᾶν τὸν λαλοῦντα γλώσσαις, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ διερμηνεύων. Τὸ δὲ Πρὸς διάκρισιν φάναι τὸν διδάσκαλον τοῦ βελτίονος, φασὶν οἱ τοῖς θείοις τὸν νοῦν καταφωτίσαντες λόγοις ὑπερέχειν τὸ τῆς προφητείας καὶ τὸ τῶν γλωσσῶν χάρισμα τῶν ὧν πρὸς διάκρισίν τε καὶ διασάφησιν χρήζουσι χαρισμάτων, τουτέστι τῆς διακρίσεως τῶν πνευμάτων καὶ τῆς ἑρμηνείας. Ὅπερ εἰδὼς ὁ διδάσκαλος ἔφη, Πρὸς διάκρισιν τοῦ βελτίονος.

Greg. Nazianz. Orat. in Heronem Philos. cap. 6., p. 458. tom. I. Opp. ed. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφον λόγου, εἰς τό, Συμβάματα καὶ παρασυμβάματα.

Cod. f. 280 b. Σύμβαμά ἐστι κατὰ γραμματικοὺς πρότασις ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζουσα, | οἷον Ἰωάννης περιπατεῖ. Παρασύμβαμα δέ ἐστι πρότασις ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος οὐκ αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζουσα, οἷον Ἰωάννῃ μέλει. Φήσας οὖν τις, Ἰωάννης περιπατεῖ, οὐδενὸς ἑτέρου χρήζειν ἔδειξεν, εἰπὼν δέ, Ἰωάννῃ μέλει, περὶ τίνος αὐτῷ μέλει παρέλειψεν εἰπεῖν.

Greg. Naz. Or. Funebr. in M. Basilium cap. 1., p. 770. tom. I. Opp. ed. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον ἐπιτάφιον, εἰς τό, Ἐπ' οὐδενὸς οὖν τῶν ἁπάντων οὐκ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ οὐχὶ τῶν ἁπάντων.

Ὅτι ποτέ τις ἀποδέχεται τῶν καλῶν, κατ' ἐκεῖνο πάντως καὶ ποιεῖται τὴν ἐπίδοσιν καὶ τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις δῆλον ἥδεται καὶ παρακαλεῖται. Ἥδεται μὲν προστιθέμενος αὐτῷ πλέον κατὰ ψυχὴν ὡς καταθυμίῳ πράγματι, παρακαλεῖται δὲ τῆς κατ' αὐτὸ πλείονος ἐπιδόσεως, ἐκ τοῦ περὶ αὐτοῦ δεχόμενος ἐπαίνου μείζονα προτροπήν. Ὧν γάρ, φησὶν ὁ διδάσκαλος, τοὺς ἐπαίνους οἶδα, τούτων σαφῶς καὶ ἐπιδόσεις, τουτέστιν, ὧν οἶδα πραγμάτων τοὺς ἐπαίνους, καὶ τῶν ἀποδεχομένων αὐτὰ σαφῶς ἀνθρώπων τὰς εἰς ἀρετὴν ἐπιδόσεις, ἤγουν ἐπαυξήσεις, ἐπίσταμαι. Ἐπ' οὐδενὸς οὖν

ipse non pepererit, admirationis commovendae gratia mendax, quem non pudeat patrem sese nothum et adulterinum orbarum orationum ac cogitationum, ut sapiens aliquis esse videatur, repraesentasse. ‚Prophetae‘ enim ‚duo‘, ait divinus apostolus, ‚vel tres loquantur, et ceteri diiudicent.‘ Quinam vero sunt ceteri? nimirum illi qui diiudicandorum spirituum gratiam habent. Itaque prophetia, uti dicebam, opus habet ut spiritus iudicare possit, ut cognoscatur et credatur et approbetur, linguarum autem gratia opus habet interpretationis gratia, ne eis qui adsunt eiusmodi insanire videatur, cum audientium nemo assequi dicta possit. ‚Nam si‘, magnus inquit apostolus, ‚linguis loquamini, intret autem quis infidelis, vel idiota, nonne dicent quod insanitis‘? Atque imperat potius ut taceat linguis loquens, nisi fuerit qui interpretur. Quod autem ‚Ad discernendum‘, dixit magister, ‚quaenam sit praestantior‘, quorum mens divina doctrina illuminata est, ii praestare dicunt prophetiae atque linguarum gratiam iis gratiis quibus ad discernendum et explicandum opus habent, hoc est discernendi spiritus et interpretandi. Quod intellegens doctor ait, ‚Ad discernendum quaenam praestantior sit.‘

Eiusdem, ex sermone in Heronem philosophum, in illud, ‚Symbamata et parasymbamata.‘

Symbama secundum grammaticos est propositio ex nomine et verbo absolutam sententiam conficiens, ut exemplum afferam, ‚Ioannes deambulat.‘ Parasymbama autem est propositio ex nomine et verbo non absolutam conficiens sententiam, ut, ‚Ioanni curae est.‘ Itaque cum quis dicit, ‚Ioannes deambulat‘, nullo alio eum opus habere monstrat, cum autem, ‚Ioanni curae est‘, quid ei curae sit dicere omisit.

Eiusdem ex funebri in sanctum Basilium oratione, in illud, ‚In nulla igitur re ex omnibus aliter accidit quin incrementum ex eo quod laudetur accipiat.‘

Quod quis honestum recipit, pro eo omnino et incrementum facit et eis quae de isto praedicantur aperte laetatur et invitatur. Laetatur quidem auctus animo ut de re grata, invitatur vero ad maius incrementum inde capiendum, ex laude ea maiorem impulsum accipiens. ‚Quarum enim rerum‘, inquit magister, ‚laudes novi, earum quoque haud dubie incrementa explorata habeo‘, hoc est, Quarum rerum laudes novi, etiam hominum qui eas accipiunt manifesto ad virtutem incrementa novi. Omnium igitur rerum videlicet

τῶν πραγμάτων πάντων δηλονότι τῶν ἐπαινουμένων οὐκ ἔστιν ἐφ' ᾧτινι οὐχὶ πάντως τῶν ἐπ' αὐτοῖς ᾐδομένων εὕροις τὴν ἐπαύξησιν· ἢ ἐπειδὴ τρία προθεὶς ὁ διδάσκαλος ἀνωτέρω, ἑαυτὸν, τοὺς λόγους, τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐπαινέτας, ἐν τούτοις περιλαβὼν κατὰ ῥήτορας ἐξήπλωσε, τὰς ἐπαγωγὰς τοῖς τρισὶν ἐφαρμόσας, καὶ ἐξ ἑαυτοῦ πρότερον τῆς ἀποδόσεως ἀρξάμενος, εἶτα διὰ μέσων τῶν ἀρετῆς ἐπαινετῶν διελθὼν, εἰς τοὺς λόγους αὐτὰς ἐπλήρωσεν, ὡς τῆς κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ὑποθέσεως καὶ αὐτῷ πρεπούσης, ὡς διδασκάλῳ, καὶ τοῦ λόγου προβεβλημένῳ,
Cod f. 261 a. καὶ τοῖς | ἀγαπῶσι τὴν ἀρετὴν, ἤγουν τοῖς αὐτῆς ἐπαινέταις, πεποθημένης, οἷα ποθοῦσι γνῶναι τοὺς τρόπους τῆς διὰ μιμήσεως εἰς ἀρετὴν ἐπιδόσεως, καὶ τοῖς λόγοις αὐτοῖς ἁρμοζούσης, ὡς ἐκφαντορικοῖς τῶν κατ' ἀρετὴν καλῶν. Παντὸς μὲν οὖν ἀνδρὸς βίον ἔχοντος κατὰ θεὸν ἐπαινούμενον, μάλιστα δὲ Βασιλείου τοῦ πάνυ, κἄν τε δυνηθῶσι πᾶσαν περιλαβεῖν, καὶ ὥσπερ εἰκόνα ζῶσαν καὶ ἔμψυχον ὑποδεῖξαι τοῖς ἐρασταῖς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, κἄν τε μὴ δυνηθῶσι τοῦ ταύτης ἐφικέσθαι μεγέθους, ἐπ' οὐδενὸς οὖν οὐκ ἔστι τῶν ἁπάντων, καὶ λόγου καὶ λέγοντος καὶ ἀκούοντος, ἐφ' ᾧτινι τὸ τῆς ὑποθέσεως καλὸν οὐχ ἁρμόσει, ἢ καθὼς ἀνωτέρω ἀκριβέστερον μᾶλλον ἐξήτασται.

Greg. Nazianz. Praecepta ad Virg. v. 580., p. 372. tom II. Opp. edit. Bened.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν Ἐπῶν, εἰς τὸ, Παίζει γὰρ λόγος αἰπὺς ἐν εἴδεσι παντοδαποῖσι, [1] Κρίνας, ὥς [2] ἐθέλοι, κόσμον [3] ἑὸν ἔνθα καὶ ἔνθα.

Ἡνίκα τὸν νοῦν ὡς διὰ κλείθρων τινῶν τῶν φαινομένων ὁ μέγας Δαβὶδ κατὰ μόνην πίστιν ἐν πνεύματι πρὸς τὰ νοητὰ διελάσας ἐδέξατό τινα παρὰ τῆς θείας σοφίας τῶν ἐφικτῶν ἀνθρώποις μυστηρίων ἔμφασιν, τότε, καθάπερ οἶ-
Psalm. 42. 7. μαι, φησὶν, Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται εἰς φωνὴν τῶν καταῤῥακτῶν σου· τούτοις τυχὸν ἐνδεικνύμενος, ὅτι πᾶς νοῦς θεωρητικὸς, διά τε τὸ κατὰ φύσιν ἀόρατον καὶ τὸ βάθος καὶ πλῆθος τῶν νοημάτων ἀβύσσῳ παρεοικὼς, ἐπειδὰν τῶν φαινομένων διαβὰς πᾶσαν τὴν διακόσμησιν, καὶ εἰς τὴν τῶν νοητῶν χώραν γενόμενος, καὶ τούτων πάλιν κατὰ πίστιν τῷ σφοδρῷ τῆς κινήσεως ὑπερβὰς τὴν εὐπρέπειαν, ἐφ' ἑαυτὸν στῇ, πεπηγὼς παντάπασι καὶ ἀκίνητος, διὰ τὴν πάντων διάβασιν, τηνικαῦτα τὴν θείαν δεόντως ἐπικαλεῖται σοφίαν, τὴν
Cod. f 261 b. ὄντως τε καὶ ἀληθῶς | κατὰ τὴν γνῶσιν ἀδιεξίτητον ἄβυσσον, φωνὴν αὐτῷ δοῦναι τῶν θείων καταῤῥακτῶν, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς τοὺς καταῤῥάκτας, ὅπερ ἐστὶν ἔμφασίν τινα πίστεως γνωστικὴν τῶν περὶ τὸ πᾶν τῆς θείας προνοίας τρόπων τε καὶ λόγων αἰτῶν ὑποδέξασθαι, δι' ἧς μνησθῆναι δυνήσεται τοῦ θεοῦ ἐκ γῆς Ἰορδάνου καὶ Ἑρμονιεὶμ, ἐν ᾗ τῆς θείας

---

1. Caillau ed. Κιρνάς. 2. Caillau ἐθέλει, quod tertio loco et infra apud Maximum extat, sed altero item ἐθέλοι.

laudibus ornatarum nulla est omnino de qua non eorum qui iis laetantur incrementum invenias; vel cum in superioribus magister tria proposuisset, semetipsum, sermones, virtutis laudatores, in his complexus oratorum more explicuit, inductionibus ad ista tria accomodatis, de semetipso prius enarrare incipiens, deinde per medios virtutis laudatores percurrens, in sermones illas consummavit; cum argumentum ad sanctum Basilium accomodatum et ipsi conveniret, ut magistro, et sermonis proposito, et amatoribus virtutis, vel laudatoribus eius, desideratum, qua nosse desiderant incrementi in virtutem per imitationem capti modos, ipsisque sermonibus consentaneum, utpote praestantiarum virtutis commendatoribus. Enimvero cuiuslibet hominis vita secundum deum laudabili ornati, inprimis vero Basilii egregii illius, sive omnem complecti potuerint, et tanquam vivam et animatam virtutis amatoribus subicere imaginem, sive non potuerint ad huius magnitudinem penetrare, in nulla igitur re ex omnibus, et sermone et loquente et audiente, aliter accidit quin argumenti ornamentum convenienter participet, vel ut paulo supra accuratius quaesitum est.

Eiusdem ex carminibus, in illud, ‚Ludit enim summa ratio omnimodis figuris, Discernens qualibet mundum suum hinc et illinc.

Quando mente veluti per ianuas quasdam eorum quae videntur ad intellectualia traiecta sola fide in spiritu magnus David a divina sapientia quandam mysteriorum quae quidem hominibus attingere licet interpretationem accepit, tum, puto, ait, ‚Abyssus abyssum invocat in vocem catarractarum tuarum‘: his fortasse significans omnem mentem contemplativam, eo quod naturaliter invisibilis sit et ob profunditatem et multitudinem cogitationum abysso similem, postquam universam earum quae videntur rerum constitutionem et ordinem traiecerit et in intellectualium regionem pervenerit, horumque decorem secundum fidem rursus motus vehementia superaverit, iamque in se ipsa stet, fixa prorsus atque immobilis, ob cuncta traiecta, tum divinam necessario invocare sapientiam, abyssum quae revera non possit cognitione transcurri, ut sibi divinarum catarractarum vocem dare velit, non vero ipsas catarractas, quod est significationem quandam fidei qua divinae circa universum providentiae modos et rationes noscamus precibus impetrare, qua dei meminisse queamus ex terra Iordanis et Hermonim, in qua divinae dei Sermonis ad

---

3. ὅλον edidit Caillau. Cum Maximo faciunt cod. Reg. 993. et Coisl. apud editorem novissimum.

πρὸς ἀνθρώπους τοῦ θεοῦ λόγου συγκαταβάσεως τὸ μέγα καὶ φρικτὸν διὰ σαρκὸς ἐτελέσθη μυστήριον, ἐν ᾧ τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας ἐδωρήθη τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἀληθὲς, ὅπερ διὰ τὸ πᾶσαν ἐκβεβηκέναι φύσεως τάξιν καὶ δύναμιν. τῷ μὲν θείῳ καὶ τῆς θείας μύστῃ τε καὶ μυσταγωγῷ κρυφιογνώστου σοφίας Παύλῳ τῷ μεγάλῳ ἀποστόλῳ μωρία ὠνομάσθη θεοῦ καὶ ἀσθένεια, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν οἶμαι σοφίαν καὶ δύναμιν. τῷ δὲ θεόφρονι μεγάλῳ Γρηγορίῳ παίγνιον προσηγορεύθη, διὰ τὴν
1Corinth 1.25. ὑπερβάλλουσαν φρόνησιν. Ὁ μὲν γάρ φησι, Τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί· ὁ δὲ, Παίζει γὰρ λόγος αἰπὺς ἐν εἴδεσι παντοδαποῖσι, Κρίνας ὡς ἐθέλοι κόσμον ἐὸν ἔνθα καὶ ἔνθα· ἑκάτερος τῇ στερήσει τῶν παρ' ἡμῖν κρατίστων θέσεων τὴν θείαν ἐνδεικνύμενος ἕξιν, καὶ ταῖς ἀποφάσεσι τῶν ἡμετέρων ποιούμενος τὴν τῶν θείων κατάφασιν. Μωρία γὰρ παρ' ἡμῖν καὶ ἀσθένεια καὶ παίγνιον στερήσεις εἰσὶν, ἡ μὲν σοφίας, ἡ δὲ δυνάμεως, ἡ δὲ φρονήσεως, ἐπὶ θεοῦ δὲ λεγόμεναι σοφίας καὶ δυνάμεως καὶ φρονήσεως ὑπερβολὴν σαφῶς ὑποδηλοῦσιν. Εἴ τι οὖν παρ' ἡμῖν κατὰ στέρησιν λέγοιτο, ἐπὶ θεοῦ λεγόμενον ἕξιν ὑποδηλοῦν πάντως ἐκδέχεσθαι δίκαιον, καὶ τὸ ἔμπαλιν, εἴ τι κατὰ ἕξιν
Cod. f. 262 a. ἐφ' ἡμῶν λέγοιτο, | ἐπὶ θεοῦ στέρησιν διὰ τὴν ὑπεροχὴν ἐκδέχεσθαι δηλοῦν πρεπωδέστατον. Αἱ γὰρ τῶν θείων ὑπερβολαὶ καὶ κατὰ στέρησιν δι' ἀντιφάσεως λεγόμεναι παρ' ἡμῶν ἀποδέουσι πολὺ τῆς ἀληθοῦς καθ' ὅν εἰσι λόγον ἐμφάσεως. Εἰ δὲ τοῦτο κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ἐστὶν ἀληθὲς (οὐ γὰρ συμβαίνει πώποτε τὰ θεῖα τοῖς ἀνθρωπίνοις), ἄρα μωρία θεοῦ καὶ ἀσθένεια κατὰ τὸν ἅγιον ἀπόστολον Παῦλον, καὶ παίγνιον θεοῦ κατὰ Γρηγόριον τὸν θαυμαστὸν καὶ μέγαν διδάσκαλον, τὸ μυστήριόν ἐστι τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, ὡς πάσης φύσεως δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας πᾶσαν ὑπερουσίως ἐκβεβηκὸς τάξιν καὶ ἁρμονίαν, ὅπερ πνεύματι θείῳ πόῤῥωθεν κατὰ νοῦν θεασάμενος καὶ μυηθεὶς ὁ θειότατος Δαβὶδ, καὶ οἷον τὴν τοῦ ἀποστόλου λεγομένην διὰ στερήσεως ὑπερβάλλουσαν ἕξιν τοῦ θεοῦ προερμηνεύων, Ἰουδαίων, σαφῶς οἶμαι, καταβοῶν, Ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου
Psalm. 66, 3. ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ἐχθρὸς πάντως τοῦ θεοῦ καὶ ψεύστης προδήλως καθίσταται ὁ τὸν θεὸν τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ἀμαθῶς τε καὶ ἀσεβῶς περικλείων, καὶ ἀπαθῶς ὑπὲρ φύσιν ἐν τοῖς ὑπὸ φύσιν οὐσιωδῶς γενόμενον τὰ κατὰ φύσιν ὡς πάντα δυνάμενον ἐνεργῆσαι πιστεύειν μὴ ἀρχόμενος. Οὕτω μὲν οὖν κατὰ μίαν ἐπιβολὴν τέως θεωρῆσαι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ἀσθενὲς καὶ παίγνιον, στοχαστικῶς ὁ λόγος ἐτόλμησε, μεθ' ὧν παρεκβατικῶς, ὡς προθεωρίαν παραδειγματικὴν τοῦ προτεθέντος ἀπόρου, καὶ τὴν ἄβυσσον τὴν ἐπικαλουμένην τὴν ἄβυσσον εἰς φωνὴν τῶν θείων καταῤῥακτῶν λαβὼν ὁ λόγος νοῦν γνωστικὸν εἶναι σοφίαν

homines condescensionis magnum et horrendum per carnem est consummatum mysterium, in quo vera hominibus erga deum pietas donata est, quae cum omnem naturae ordinem ac potestatem exsuperarit, a divino atque divinae sapientiae sacerdote et doctore occultorum interprete Paulo, magno apostolo, Stultitia dei et infirmitas, ob superabundantem, puto, sapientiam ac virtutem, a magno contra ac divino Gregorio Lusus appellata est, ob superabundantem prudentiam. Ille enim, ‚Dei stultum', inquit, ‚sapientius hominibus, et infirmum dei fortius est hominibus': hic contra ait, ‚Ludit enim summa ratio in omnimodis figuris, discernens qualibet mundum suum hinc et illinc'; uterque fortissimas quibus nos utimur, positiones negando divinum habitum demonstrans, nostrorumque negationibus divina affirmans. Stultitia enim et infirmitas et lusus apud nos privationes sunt, una quidem sapientiae, altera fortitudinis, tertia prudentiae, sed de deo usurpatae eaedem sapientiae et fortitudinis et prudentiae superabundantiam clare significant. Quod si quid apud nos privative dicitur, de deo usurpatum idem habitus significationem habere iure interpretabimur, ac rursus, si quid secundum habitum de nobis dicitur, id de deo usurpatum ob eminentiam admittere privationem docere maxime consentaneum erit. Divinorum enim exsuperantiae, et privative per contradictionem apud nos dictae, a vero secundum quam sint rationem significatu multum absunt. Quod si, uti videtur, verum est (nusquam enim divina congruunt cum humanis), ergo stultitia dei et infirmitas secundum sanctum apostolum Paulum, et lusus dei secundum admirandum et magnum doctorem Gregorium, divinae incarnationis mysterium est, ut quod omnis naturae et potestatis et virtutis omnem ordinem congruentiamque supernaturaliter egressum est, quod quidem divino spiritu procul contemplatus mente et initiatus David, ac veluti praevius interpres dei habitus superabundantis ab apostolo per privationem indicati, de Iudaeis, clare puto, vociferans, ‚In multitudine', inquit, ‚fortitudinis tuae mentientur tibi inimici tui.' Nullus enim homo non dei aperte hostis et infitiator evadit qui lege naturae inscienter et impie deum includit, et eum qui sine ullo affectu in rebus naturae subiectis essentialiter naturam supergressus est, naturalia, cum omnia posset, egisse credendi non initium facit. Sic igitur secundum unum interpretandi modum dei stultitiam et infirmitatem et lusum spectasse de coniectura sermo ausus est, cum quibus per digressionem, tanquam praeviam contemplationem propositae quaestionis exemplarem, abyssum quoque abyssum invocantem in vocem divinarum catarractarum sermo hanc mentem gnosticam esse, sapientiam invocantem, interpretatus exilem quandam myste-

ἐπικαλούμενον δέξασθαι, μικράν τινα τῶν ἐπὶ τῇ θείᾳ καὶ ἀφράστῳ συγκαταβάσει μυστηρίων ἔμφασιν παρεδήλωσεν. Ἄβυσσος γὰρ καὶ ὁ τῆς ἀβύσσου τόπος ὁμωνύμως ὀνομάζεται. τόπος δὲ τῆς θείας σοφίας, ὁ καθαρὸς καθέστηκε νοῦς. Ἄρα θέσει διὰ τὸ δεκτικὸν ἄβυσσος καὶ ὁ νοῦς προσαγορεύεται,
Cod. f. 262 b. καὶ ἡ | σοφία πάλιν τὸ αὐτὸ διὰ τὴν φύσιν κατονομάζεται.

Ἄλλη θεωρία εἰς τὸ αὐτό.

Καθ' ἕτερον δὲ τὸ προκείμενον ἄπορον διασκοποῦντες τρόπον τῇ βοηθείᾳ τῆς θείας χάριτος στοχαστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀποφαντικῶς (τὸ μὲν γὰρ μέτριον, τὸ δὲ προπετὲς), ἐγχειρεῖν τῷ προκειμένῳ ῥητῷ τολμῶμεν, φάσκοντες τὴν τῶν μέσων τυχὸν προβολὴν, κατὰ τὸ ἴσον ἀπὸ τῶν ἄκρων ἔχουσαν ἀπόστασιν, παίγνιον εἰρῆσθαι θεοῦ τῷ μεγάλῳ διδασκάλῳ, διὰ τὴν ἐπίῤῥυτον αὐτῶν καὶ εὐαλλοίωτον στάσιν, μᾶλλον δὲ, στάσιμον ῥεῦσιν εἰπεῖν οἰκειότερον. Ὃ καὶ παράδοξον, στάσιν ἀεὶ ῥέουσαν καὶ φερομένην θεᾶσθαι, καὶ ῥεῦσιν ἀεικίνητον προνοητικῶς τῆς τῶν οἰκονομουμένων ἕνεκεν βελτιώσεως θεόθεν ἐπινενοημένην, τοὺς δι' αὐτῆς παιδαγωγουμένους σοφίσαι δυναμένην, ἀλλαχοῦ μεταστήσεσθαι πάντως ἐλπίζειν, καὶ πέρας τοῦ κατ' αὐτὴν ἐπ' αὐτοῖς μυστηρίου τῇ πρὸς θεὸν νεύσει βεβαίως διὰ τῆς χάριτος θεωθήσεσθαι πιστεύειν. Μέσα δὲ λέγω τὴν τῶν ὁρωμένων καὶ νῦν περὶ τὸν ἄνθρωπον ὄντων ἢ ἐν οἷς ὁ ἄνθρωπος συμπλήρωσιν, ἄκρα δὲ τὴν τῶν μὴ φαινομένων καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀψευδῶς ἔσεσθαι μελλόντων ὑπόστασιν, τῶν κυρίως τε καὶ ἀληθῶς κατὰ τὸν ἄῤῥητον καὶ προηγούμενον σκοπόν τε καὶ λόγον τῆς θείας ἀγαθότητος πεποιημένων τε καὶ γεγενημένων. Καθὼς ὁ σο-
Eccl. 1, 9. φὸς Ἐκκλησιαστὴς μεγάλῳ τε καὶ τρανῷ ψυχῆς ὄμματι τῶν ὁρωμένων τε καὶ ῥεόντων ὑπερκύψας τὴν γένεσιν, καὶ οἷον ἐν φαντασίᾳ τῶν ἀληθῶς πεποιημένων τε καὶ γεγενημένων γενόμενος, Τί τὸ γεγενημένον; αὐτὸ τὸ γενησόμενον· καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ, φησὶ, τὸ ποιηθησόμενον· τῶν πρώτων δηλαδὴ καὶ τῶν τελευταίων ἐπιμνησθεὶς, ὡς τῶν αὐτῶν ὄντων καὶ ἀληθῶς ὄντων, τῶν δὲ μέσων καὶ παρερχομένων οὐδόλως κατὰ τὸν τόπον μνησθείς. Μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν,
Cod. f. 263 a. ὡς οἷόντε ἦν μεγαλοφυῶς | μάλιστα τὸν διδάσκαλον, περί τινος φύσεως ζώων καὶ λίθων, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀορίστως περὶ πολλῶν τῶν ἐν τοῖς οὖσι θεωρουμένων, ἐπιφέρει τούτοις, Παίζει γὰρ λόγος αἰπὺς ἐν εἴδεσι παντοδαποῖσι. Κρίνας ὡς [1] ἐθέλει κόσμον ἐὸν ἔνθα καὶ ἔνθα. Μήποτε
Greg. Naz. Or. in Pentecost. cap. 12., p. 741. tom. I. Opp. ed. Bened. οὖν καθὼς αὐτὸς ἐν τῷ τῆς ἁγίας Πεντεκοστῆς λόγῳ φησὶ. περὶ θεότητος διεξιὼν καὶ κτιστῆς φύσεως, Ἕως ἑκάτερον ἐπὶ τῆς ἰδίας μένει, τὸ μὲν περιωπῆς, τὸ δὲ ταπεινώσεως, ἄμικτος ἡ ἀγαθότης καὶ τὸ φιλάνθρωπον ἀκοινώνητον, καὶ

1. Sic cod. Gud. h. l.

riorum quae insint in divina et ineffabili condescensione significationem edidit. Abyssus enim et abyssi locus communi nomine appellatur, locus vero divinae sapientiae pura mens est. Itaque cum ad recipiendum apta est abyssus positive et mens, et sapientia rursus eadem propter suam naturam appellatur.

Altera in idem contemplatio.

Alio autem propositam quaestionem examinare modo cum dei gratia, coniecturaliter, non affirmate (hoc enim modestum, illud protervum est), praesenti sermone aggredi audemus, statuentes mediorum fortasse prominentiam, aequabilem habentem ab extremitatibus distantiam, lusum dei a magno doctore esse dictam, ob fluctuantem eorum et mutabilem stationem, vel potius, quod magis proprie est, dicendum, ob stabilem fluctuationem. Id quod etiam mirum est, stationem videre semper fluctuantem et labentem, et fluctuationem semper mobilem, provide eorum emendandorum gratia divinitus excogitatam quae administrantur, quae erudire eruditosque ad sapientiam deducere posset, ut spem suam alibi collocandam transferrent, atque in fine eius in ipsis mysterii ad deum inclinando firmiter se per gratiam deificatum iri crederent. Media autem dico eorum quae vel nunc hominem comitari videntur, vel in quibus homo est, consummationem, extremitates contra eorum quae non videntur nec apparent quaeque certissime olim comitatura sunt hominem substantiam, quae proprie ac vere secundum ineffabilem et principalem finem et rationem divinae bonitatis instituta atque facta sunt. Quemadmodum sapiens Ecclesiastes magnum et clarum animae oculum in eorum quae videntur et fluctuant generationem convertens, et quasi in visione eorum quae vere sunt condita atque facta constitutus ait, ‚Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est', et, ‚Quid est quod factum est? Ipsum quod fiet': eorum videlicet memor quae in principio quaeque in fine sunt, ut quae eadem sint et revera sint, cum eorum contra quae in medio sunt et praetereunt nullo ibi modo meminerit. Postquam enim magister, quod ipse praesertim egregie poterat, de peculiari quadam animalium et lapidum natura, ac simpliciter de multis infinite quae in rebus existentibus observantur disputavit, his addit, ‚Ludit enim summa ratio in formis omnimodis, Discernens qualibet mundum suum hinc et illinc.' Nonne igitur similiter atque ipse in sermone sacrae Pentecostes, de deo et condita natura disserens, ait, ‚Quamdiu uterque in propriis manserit, deus scilicet in sua specula, et homo in humilitate sua, nec bonitas miscebitur, nec benignitas communicabitur,

χάσμα μέγα ἐν μέσῳ καὶ ἀδιάβατον, οὐ τὸν πλούσιον τοῦ Λαζάρου καὶ τῶν ὀρεκτῶν τοῦ Ἁβραὰμ κόλπων διεῖργον· πᾶσαν δὲ τὴν γενητὴν φύσιν καὶ ῥέουσαν τῆς ἀγενήτου καὶ ἑστηκυίας; Ὧι παρεμφερῆ τε καὶ ὅμοια καὶ ὁ θεηγόρος μέγας διεξέρχεται Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης φάσκων, Τολμητέον δὲ καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἀληθείας εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πάντων αἴτιος τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ τῶν πάντων ἔρωτι δι᾽ ὑπερβολὴν τῆς ἐρωτικῆς ἀγαθότητος ἔξω ἑαυτοῦ γίνεται. ταῖς εἰς τὰ ὄντα πάντα προνοίαις, καὶ οἷον ἀγαθότητι καὶ ἀγαπήσει καὶ ἔρωτι θέλγεται, καὶ ἐκ τοῦ ὑπὲρ πάντα καὶ πάντα καὶ πάντων ἐξῃρημένον πρὸς τὸ ἐν πᾶσι κατάγεται, κατ᾽ ἐκστατικὴν ὑπερούσιον δύναμιν ἀνεκφοίτητον ἑαυτοῦ. Μήπως οὖν, καθὼς ἔφην, κἀκ τούτων τὸν περὶ τοῦ, Παίζει γὰρ λόγος αἰπὺς, ἐπιτόμως ἀποδοθέντα τρόπον ἐξαπλῶσαι κατὰ διάνοιαν τοιαύτην ἡμῖν ἐστι δυνατὸν φάσκουσιν, Ὥςπερ οἱ γονεῖς (ἵνα τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς παραδείγμασι χρήσωμαι εἰς τὴν τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς πραγμάτων ὑπογραφὴν), ἀφορμὰς τοῖς τέκνοις παρέχοντες τὴν [2] νωθεῖαν ἀποσείσασθαι συγκαταβάσεως τρόπῳ, δοκοῦσι κατὰ συμπεριφορὰν παιδικὰ παίγνια μετιέναι, ὡς φέρε εἰπεῖν καρυατίζειν, καὶ ἀστραγάλοις μετ᾽ αὐτῶν συμπεριφέρεσθαι, ἢ καὶ ἄνθη πολύχροα τούτοις παρατιθέντες, καὶ | πολυβαφεῖς ἐσθῆτας τῶν αἰσθήσεων θελκτηρίους, ἀπῆγον ἢ κατέπληττον, ὡς τῶν παίδων ἑτέραν τέως ἐργασίαν οὐκ ἐχόντων, μετὰ βραχὺ δὲ καὶ παιδευτηρίοις αὐτοὺς τῶν γονέων παραδιδόντων, εἶτα καὶ λόγου τελεωτέρου καὶ πραγμάτων ἰδίων μεταδιδόντων, οὕτω τυχὸν καὶ τὸν ἐπὶ πάντων θεόν φησι διὰ τῶν εἰρημένων ὁ διδάσκαλος διὰ τῆς τέως ἱστοριώδους τῶν φαινομένων κτισμάτων φύσεως εἰς ἔκπληξιν ἢ καὶ ἀπαγωγὴν διὰ τῆς αὐτῶν θέας καὶ γνώσεως νῦν ἡμᾶς οἷα κομιδῇ παῖδας ἐμβάλλοντα, ἔπειτα καὶ τὴν τῶν ἐν αὐτοῖς πνευματικωτέρων λόγων θεωρίαν ἐνιέντα, καὶ τελευταῖον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ καθὼς ἐστιν ἐφικτὸν διὰ θεολογίας μυστικωτέραν γνῶσιν ἐνάγοντα, τὴν πάσης τῆς ἐν εἴδει καὶ ποιῷ καὶ σχήματι καὶ ποσῷ, τῷ ἐν πλήθει τε καὶ ὄγκῳ παντάπασι καθαρεύουσαν, ποικιλίας τε καὶ συνθέσεως ἐν τοῖς προπαιδεύμασιν, ὡς πρὸς τὸ τέρμα τῆς θεωρίας, παίζειν εἴρηται τῷ θεοφόρῳ Γρηγορίῳ, καὶ τῷ θεοφόρῳ Διονυσίῳ θέλγεσθαί τε καὶ ἐξίστασθαι ἑαυτοῦ.

Dionys. Areop. de Divin. Nomin. cap. 4. §. 13. p. 305. tom. I. Opp. ed. Ven.

Cod. f. 263 b.

Τῷ ὄντι γὰρ ἐκ παραλλήλου κατὰ παράθεσιν θεωρούμενα πρὸς τὰ κυρίως καὶ ἀληθῶς ὄντα, καὶ ἐς ὕστερον φανησόμενα, τὰ παρόντα καὶ φαινόμενα καὶ παίγνιον εἶναι δοκεῖ, καὶ ἔτι τούτου πορρωτέρω. Πρὸς γὰρ τὴν τῶν κυρίως θείων καὶ πρωτοτύπων πραγμάτων ἀλήθειαν συγκρινομένη τῶν παρόντων καὶ ὁρωμένων πραγμάτων ἡ διακόσμησις οὐδὲ τὸ παράπαν εἶναι νομισθήσεται τοῖς ὅλον χωρεῖν κατὰ τὸ δυνατὸν τὸ τῆς θείας ὡραιότητος κάλλος ἀξιουμένοις, ὥςπερ

sed erit magnus et non permeabilis hiatus interiectus, non divitem a Lazaro et expetito Abrahae sinu dirimens, verum procreatam et fluxam naturam ab increata et stabili'? His consentanea atque similia magnus dei praeco persequitur Dionysius Areopagita, dicens, ,Nam audendum est hoc etiam de veritate dicere, quod ipsemet omnium rerum fons et causa pulchro et bono cunctorum amore, propter excessum bonitatis amantissimae extra se existit per rerum omnium providentias, et quasi delectatur eiusmodi bonitate et caritate et amore, et, cum sit supra omnia et omnia² et ex omnibus exemptus, ad universale deducitur, secundum ecstaticam supernaturalem, quae seipsum haud deserat, virtutem.' Fortasse igitur, ut dixi, meam illius, ,Ludit enim ratio summa', quam paucis exposui rationem ex his quoque et in hanc sententiam interpretari nobis liceat, uti dicamus: Sicut parentes (ut nostrae vitae exemplis utar ad res quae superant nos delineandas), pueris pigritiam excutere studentes condescensionis modo sese accommodant et puerilia ludicra sequi videntur, veluti fac nucibus et talis ludere cum eis morigerantes, vel etiam flores colorum varietate distinctos et vestes variis coloribus tinctas, quae sensus mulceant, proponentes, primum avocant aut obstupefaciunt pueros, alio opere nondum occupatos, paulo post vero ludo litterario ipsisque disciplinam graviorem tradunt, et propriis negotiis imbuunt: sic fortasse etiam rerum universarum deum verbis istis magister per rerum creatarum quae apparent nobis veluti historialem interim naturam nos, nunc veluti maxime pueros, in obstupefactionem vel etiam avocationem conspectu nimirum earum et cognitione inicientem, deinde etiam spiritualiorum in eis rationum contemplationem immittentem, postremo ad sui cognitionem magis mysticam, quantam attingere nobis liceat, quae ab omni in forma et qualitate et specie et quantitate tam multitudinis quam molis plane pura est per theologiam deducentem, in varietatis atque compositionis tanquam primis disciplinae elementis in finem contemplationis, ,ludere', ut ab divino Gregorio dictum est, et ab divino Dionysio, ,delectari' et ,extra se existere.'

Revera enim res praesentes et visui obiectae iuxta ea quae proprie ac vere sunt, quaeque in futuro apparebunt, collocata atque comparata ludus puerilis, quin hoc etiam ultra esse videtur. Nam cum veritate rerum proprie divinarum atque originalium comparatus rerum praesentium atque oculis obiectarum ordo ne esse quidem ullo modo eis videbitur qui totam pro facultatis suae gradu divinae pulchritudinis decorem capere meruerunt, sicuti nec puerilis omnino

2. Sic cod. Gud.

οὐδὲ τὸ παίγνιον ἀληθινῷ τινι καὶ ὄντι πράγματι συγκρινόμενον εἶναι καθάπαξ νομίζεται.

Ἄλλη θεωρία εἰς τὸ αὐτό.

Τυχὸν δὲ καὶ τὸ μεταπτωτικὸν ὧν ἐγχειρίζομεν ὑλικῶν πραγμάτων ἄλλην ἄλλως μεταφερόντων τε καὶ μεταφερομένων,
Cod. f. 264 a. καὶ μηδεμίαν | βάσιν ἐχόντων στερέμνιον, πλὴν τοῦ πρώτου λόγου καθ' ὃν φέρονται σοφῶς τε καὶ προνοητικῶς καὶ φέρουσι, καὶ τῷ κρατεῖσθαι ὑφ' ἡμῶν νομίζεσθαι, διαφευγόντων πλέον ἢ κρατουμένων, καὶ τὴν ἔφεσιν ἡμῶν τῶν αὐτοῖς ἀνεχομένων κρατεῖσθαι, μᾶλλον ἑαυτῶν οἷον ἀπωθουμένων. καὶ κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι παντελῶς μὴ δυναμένων, οἷα δὴ μόνον σταθηρὸν τῆς ἑαυτῶν φύσεως ὅρον κεκτημένων τὸ ἀποῤῥεῖν καὶ μὴ ἵστασθαι, παίγνιον εἰκότως ἐῤῥέθη θεοῦ τῷ διδασκάλῳ, ὡς διὰ τούτων μετάγοντος ἡμᾶς ἐπὶ τὰ ὄντως ὄντα, καὶ μηδέποτε σαλευόμενα.

Ἄλλη θεωρία εἰς τὸ αὐτό.

Εἰ δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, κατὰ τὴν κρατοῦσαν ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς φύσεως ἡμῶν ἀκολουθίαν, νῦν μὲν καθ' ὁμοιότητα τῶν λοιπῶν ἐπὶ γῆς ζώων γεννώμενοι, ἔπειτα παῖδες γινόμενοι, εἶτα ἄνθους ὠκυμόρου δίκην τῆς νεότητος ἐπὶ τὸ ῥικνὸν τῆς παλαιότητος φθασάσης τεθνηξόμενοι, καὶ πρὸς ἕτερον βίον μετατιθέμενοι, παίγνιον ἐρήθημεν τοῦ θεοῦ τῷ θεοφόρῳ τούτῳ διδασκάλῳ, οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος. Πρὸς γὰρ τὴν μέλλουσαν τῆς θείας καὶ ἀληθοῦς ζωῆς ἀρχετυπίαν ἡ παροῦσα συγκρινομένη ζωὴ παίγνιόν ἐστι, καὶ πᾶν εἴ τι ἄλλο τούτου καθέστηκεν [1] ἀνουσιώτερον. Ὅπερ ἐν τῷ εἰς Καισάριον
Greg. Naz. Or. Funebr. in Caesarium cap. 19. p. 210 sq. tom. I. Opp. ed. Bened. ἐπιταφίῳ δείκνυσι σαφέστερον, οὑτωσὶ λέγων, Τοιοῦτος ὁ βίος ἡμῶν, ἀδελφοὶ, τῶν ζώντων πρόςκαιρα· τοιοῦτο τὸ ἐπὶ γῆς παίγνιον· οὐκ ὄντας γενέσθαι, καὶ γενομένους ἀναλυθῆναι· ὄναρ ἐσμὲν οὐχ ἱστάμενον, φάσμα τι μὴ κρατούμενον, πτῆσις ὀρνέου [2] παρερχομένου, ναῦς ἐπὶ θαλάσσης ἴχνος οὐκ ἔχουσα, κόνις, ἀτμὶς, ἑωθινὴ δρόσος, ἄνθος καιρῷ φυόμενον καὶ καιρῷ λυόμενον, ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι
Cod. f. 264 b. αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως | ἐξανθήσει, καλῶς ὁ
Psalm. 102, 15. θεῖος Δαβὶδ περὶ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἐφιλοσόφησε.

Ταῦτα περὶ ὧν τοῖς θειοτάτοις τοῦ μεγάλου πατρὸς ἡμῶν καὶ διδασκάλου Γρηγορίου λόγοις ἠπορήσατε καὶ εἰπεῖν ἐκελεύσατέ μοι, μακαριώτατοι, κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν. τῷ ὑμετέρῳ νεύματι δικαίως ὑπείκων ἔφην ἐγὼ στοχαζόμενος, ἀλλ' οὐκ ἀποφαινόμενος. Οὐ γὰρ ἐφικνεῖται τῆς μεγάλης καὶ ὑψηλῆς τοῦ θεοφόρου διδασκάλου διανοίας ὁ ἡμέτερος νοῦς, πολλαῖς ἔτι κατὰ θέλησιν ἀκίσι παθῶν βαλλόμενος,

---

1. Rescripsi ἀνουσιώτερον pro ἀνοσιώτερον, quod habet cod. Gud.

ludus cum vero aliquo et certo negotio comparatus esse existimatur.

Alia in idem contemplatio.

Fortasse vero etiam degenerabilis ac mutabilis natura materialium quas committimus rerum alio alias transferentium et translatarum, et stabile firmamentum praeter primam rationem qua sapienter et providenter feruntur et ferunt habentium nullum, atque, cum potiri eis nobis videamur, diffugientium magis quam superatarum, appetitumque nostrum, qui eis potiri institimus, a se velut repellentium, et superare aut superari plane non capientium, utpote quae solum stabilem suae naturae terminum habent hunc quod effluunt et non stant, ‚ludus puerilis dei' a magistro appellata est recte, ut qui per haec nos ad ea quae vere sunt et nunquam fluctuant transducit.

Alia in idem contemplatio.

Verum si nos quoque ipsi secundum naturae nostrae impraesentiarum consequentiam, nunc quidem pari cum ceteris terrae animalibus modo generati, dein pueruli facti, tum iuventute nostra ad senectutis rugositatem festinante ad instar caduci floris morituri, et ad aliam vitam translati ‚ludus dei' a divino hoc doctore dicti fuerimus, id merito fuerimus. Nam praesens vita cum futuro vitae divinae ac verae exemplari comparata ludus est, et quodcunque aliud hoc magis essentia ac veritate carebit. Id quod magister in funebri in Caesarium oratione clarius demonstrat hisce verbis: ‚Eiusmodi vita nostra est, fratres, qui fluxam vitam ducimus, eiusmodi in terra ludus, ut cum non simus nascamur, cum nati simus rursum dissolvamur. Insomnium sumus minime consistens, spectrum quoddam quod teneri non potest, avis praetereuntis volatus, navis in mari vestigium non habens, pulvis, vapor, ros matutinus, flos momento nascens, et momento marcescens, homo, sicut foenum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit. Pulchre divus David his verbis de nostra imbecillitate philosophatus est.'

Hi sunt loci in magni nostri patris et doctoris Gregorii sermonibus de quibus quaesivistis, meque, beatissimi, pro virili parte exponere voluistis. Voluntati vestrae, ut par est, oboediens, disserui ego de coniectura magis commendando quam affirmando. Neque enim assequitur neque attingit magnam et sublimem divini doctoris mentem noster intellectus, qui voluntariis adhuc affectuum aculeis pungimur, quorum

2. Manus secunda correxit παρερχομένη.

ὢν τοῖς μώλωψι μᾶλλον χαίρει στιζόμενος ἢ χάρισιν ἀρετῶν καθαιρόμενος, διὰ τὴν μακρὰν τοῦ κακοῦ συνήθειαν ἕξιν λαβὼν φιλαμαρτήμονα. Καὶ εἰ μὲν φανῶσιν ὑμῖν τινα λόγον ἔχειν τῆς ὑποθέσεως ἄξιον, καὶ μὴ πάντη τῆς ἀληθείας ἀπολειπόμενον, τῷ θεῷ χάρις, τῷ τὴν χαμαίζηλον (ἵνα καὶ τοῦτο θαυματουργήσῃ) καὶ χαμαιπετῆ διάνοιαν φωτίσαντι, καὶ λόγον σύμμετρον χαρισαμένῳ, πρὸς τὸ χαράξαι τὴν συμμετρίαν τῶν νοηθέντων καὶ ὑμῖν τοῖς ὑποτάξασι καὶ τῇ τῶν εὐχῶν βοηθείᾳ τὸ πᾶν κατορθώσασιν. Εἰ δὲ οὐκ ὀρθῶς ἢ ἀτελῶς καὶ τῆς ἀληθείας ἢ ὁλικῶς ἢ μερικῶς ἀποπεπλάνημαι (τὸν γὰρ μέγαν καὶ θεοφάντορα κἂν τούτῳ σοι προσφέρω Διονύσιον παρακλήτορα), τῆς σῆς ἂν εἴη φιλανθρωπίας ἐπανορθώσασθαι τὸν ἀκουσίως ἀγνοοῦντα, καὶ μεταδοῦναι λόγου τῷ μαθεῖν δεομένῳ, καὶ ἐπαμύναι τῷ μὴ αὐτάρκη δύναμιν ἔχοντι, καὶ ἰάσασθαι τὸν οὐκ ἐθέλοντα ἀῤῥωστεῖν, ἵνα καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων σου καλῶν, μᾶλλον δὲ πρὸ τῶν ἄλλων, ἀνάθημα τίμιον καὶ πάσης θυσίας αἰδεσιμώτερον ἱερουργήσῃς τῷ θεῷ τὴν φιλανθρωπίαν, τῷ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς παρὰ πάσης δοξαζομένῳ τῆς κτίσεως, καὶ μόνην ἀπαιτοῦντι παρ' ἡμῶν θυσίαν τὴν εἰς ἀλλήλους φιλανθρωπίαν.

Dionys. Areopag. de Divin. Nominib. cap. 13., p. 534. tom. I. Opp. ed. Venet.

---

vulneribus qui sauciatur magis gaudet quam qui virtutum gratiis purgatur, postquam ob multam mali consuetudinem, habitum assumpsit in peccatum proclivem. Atque si argumento suo aliquid dignum habere hae quaestiones vobis videbuntur, et quod non prorsus a veritate alienum sit, deo sit gratia, qui humilem (ut etiam hoc ederet miraculum) et abiectam mentem illuminavit et aptum orationis modulum per gratiam suam suppeditavit, ut quod cogitatis congrueret et consentaneum esset litteris mandaremus in vestrum quoque commodum qui mandatum dedistis et precationum vestrarum auxilio totum opus auspicastis. ‚At etiam si prave et sine fructu a veritate, sive omnino sive ex parte, aberraverim' (magnum enim et divinum in hac quoque causa tibi Dionysium profero consolatorem), ‚tuae sit, precor, humanitatis corrigere eum qui invitus nec sponte sua in ignorantia versatur, et de vestro instruere eum qui instrui et optat et precatur, atque praesidio esse ei cui non sat virium est, et medicinam adferre ei qui aegrotare non vult', ut etiam hoc cum reliquis, vel potius prae reliquis, donarium honorabile, omnique sacrificio venerabilius, deo humanitatem sacrificaveris, qui in caelo et in terra ab omni creatura praedicatur, quique solum a nobis postulat sacrificium humanitatem erga alios.

Gebauer - Schwetschke'sche Buchdruckerei in Halle.



